## Petri oſmenſis clariſſimi philoſophi ſacrarum litterarũ magiſtri ac ſalmãticẽſis academie pro feſſoris ĩ ethicoꝝ ariſtotelis libros cõmẽtarii.

T cicero libro officiorũ iuxta platonẽ ait:nõ ſolũ nobis nati ſumus.or tuſq; noſtri partẽ patria uendicat partẽ amici.atq; placet ſtoicis q̃ in terra ginãtur ad uſum hominũ omĩa creari.homines aũt hoĩm cauſa eẽ generatos:ut ipĩ inter ſe aliis alii prodeſſe poſſent.in hoc debemus naturam ducẽ ſequi:cõmunes utilitates in mediũ afferre cõmutatione officiorum dando accipiẽdo.tum artibus tum opera tum facultatibus deuincere hoc eſt ligare & cõiungere hoĩm inter homĩes ſocietates.ego igitur magiſter de oſma officiũ meũ aut ſaltẽ aliq̃m eius partẽ ut in cõmune apponerẽ nõ modo dum uiuerẽ uerũ ſi quoquo modo fieri poterat perpetuo:ariſtotelis ethicorũ libros ab aretino pridẽ e greco in latinũ traductos noſtris hoĩbus pro intellectus mei facultate plane legẽdos fecerim.itaq; nõ queſtus cupiditate ductus nõ inanis glorie ambitione agitatus hũc tantũ laborẽ ſuſceperim:ſed iuxta ariſtotelẽ ſeptimo polithicorũ id ipſũ ad finẽ producere uolẽs qđ in me natura incoharat.prenominatorũ igitur librorum expoſitionẽ efficiẽs.incipiã ab epiſtola in principio poſita ſcripta ad ſumũ põtificẽ qui ut dicũt eugenius fuerat noĩe cuius prefactos libros e greco in latinũ leonardus traduxerat.

On nouũ eſſe conſtat beatiſſime pater ſed iam inde ab antiqs frequentiſſime uſitatum. Vt qui litterarũ ſtudiis inſudant homines laborũ ſuorũ opera ad principes ſcribant. Quod mihi feciſſe uidentur nõ quo diſciplinã aliquã illis proponant ſed quo amor ac beniuolentia ſua bonis principibus ĩnoteſcat Ac ex eorũ autoritate ad quos libri ſcribuntur quedã ipĩs libris accedat autoritas Ego igitur horũ ſequutꝰ exemplũ uigilias quaſdã meas nõ cõtenẽdas ut reor ſed qđ ſine arrogãtia dictũ uelim noſtris hoĩbus ualde utiles cũ

Ec igitur epiſtola in q̃ttuor partes diuiditur.ĩ prĩa parte ponit exordiũ.in ſecunda narrationẽ.in tertia cõcluſionẽ in quarta tãgit ordinẽ in dicendis.ſecũda ibi ego igitur horũ.tertia ibi eos igitur. quarta ibi quia uero ſuſpicor.in prĩa parte facit duo.primo ponit propoſitionẽ.ſecũdo eius aſſignat rationẽ.ſecũda ibi quod mihi.dicit ergo primo beatiſſime pater conſtat nõ eſſe nouũ ſed iam inde.ſ. ab antiquis frequẽtiſſime uſitatũ ut hoĩes qui inſudando intẽdũt litterarũ ſtudiis ad prĩcipes ſcribãt opera que laborãdo effecerint.& eſt hec propoſitio color ille qui a tullio ſententia nuncupatur.ſecundũ uero antiquiores grãmaticos parohemia dicitur. eſt eñi parohemia ſecundũ donatũ accõmodatũ rebus tẽporibuſq; prouerbiũ.quod uero dixit. Vt qui litterarũ & cetera:dictũ eſt per circuitionẽ aut perifraſim.ualet quidẽ color iſte ad orationẽ exornandã & amplificandã.qđ hic a leonardo nõ incõſiderate ſcriptũ fuerat.potuit quidẽ dici ut hoĩes codices aut libros ſuos uel opa ſua ad prĩcipes ſcribant:eſſet tamẽ nimis trite atq; pãnoſe dictũ. Quod mihi.in qua duplicem aſſignat rationẽ.ſecũda ibi ac ex eorũ autoritate.dicit igitur primo ꝙ hoĩes qui litterarũ ſtudiis inſudãt uidẽtur aretino feciſſe rem illã:nõ ut proponãt aliquã doctrinã illis ad quos opera ſua ſcribũt:ſed potius hoc faciũt ut amor ac beniuolẽtia ſcribẽtiũ ſit nota bonis principibus ad quos ſcribũt. Ac ex eorũ.in qua ſecundã aſſignat rationẽ dicens ꝙ illud etiã uidetur fieri ut ex eorũ autoritate ad quos libri ſcribũtur quedã ipſis libris accedat ac proueĩat autoritas.& ponitur in prima ratione illa dictio quo nõ relatiue:ſed pro cõiunctione ſubiunctiua.ut. Ego igitur horũ. hec eſt ſecũda pars epiſtole & diuiditur in partes duas.in prĩa narrat in genere in ſecũda uero magis in ſpecie.ſecũda ibi itaq; ariſtotelis.prima adhuc duas habet partes.in prima oſtẽdit qđ fecerit.in ſecũda tãgit occaſionẽ qua in id qđ fecit uenerit.ſecũda ibi nã cũ. dicit ergo prĩo ego imitatus exẽplũ horũ antiquorũ:perſcripſi cũ omni reuerẽtia ĩ tuo noĩe



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

res quaſdá meas q̄s uigiládo effecerim.nõ ſpernẽdas ut credo ſed hominibus noſtris
ideſt latinis ualde utiles.quod ego uelim eſſe dictum ſine iatantia.hec igitur eſt in ge
nere res quam geſſerit.eſt aduertendũ ꝙ bifariã colores tetigit. quod eni dixit uigili
as quaſdá & cetera:denominatio ſiue metonomia eſt.habet profecto uigilia cauſe mo
dum ad id quod uigilãdo producitur.& dixit in plurali uigilias ut ſignificaret ſe ui-
gilaſſe ſepius.quod expreſſius poſuit in epiſtola ad iohãnem nicolam inquiens nullũ
eſt uerbũ ame imutatum quod mileſies prius nõ olfecerim.uſus eſt etiam ornatus cau
ſa parentheſi.que ſecundũ donatũ eſt ſpecies iperbaton ſecundũ uero tulliũ eſt trãſ-
greſſionis ſpecies.poſſet etiam ibi notari color diminutio uel tapinoſis.per hoc quod
dixit quod ſine arrogantia dictum uelim. Nam cum. in qua tangit occaſionem qua
ductus : hos libros traduxerat.
& primo tangit remotã:ſecũdo
ꝑpinquã.ſecũda cum ibi.in pri
ma parte leonardus ſignificat
ſe in conſtancienſi concilio cir
ca aliquod officiũ occupatũ fu-
iſſe a quo dicit ſe uacaſſe per ua
catione apoſtolice ſedis hoc ẽ ꝑ
morté pape & etiam cum multa
& uaria ac inutilia negotia quo
tidie inſurgerẽt quorũ nec exi-
tum ullum proſpicere ualeret:
ut ait retulit ſe ad litterarũ ſtu-
dia tanq̄m in tranquilliſſimũ a
liquẽ portũ turbationũ cuncta
rum.& eſt hoc dictum de ſtudio
per tranſlatione aut metaphorã
Eſt conſiderãdum ꝙ illa dictio
nam poſita in principio huius
paragraphi tenetur cõplectiue

reuerẽtia tuo noĩe perſcripſi. Nam cũ per
uacationẽ apoſtolice ſedis nuper in Conſtanti
enſi cõſilio ſubſecutã ipẽ quoq; ab officio qđ
in curia preſtare conſueui uacarem multaq; &
uaria quotidie inſurgerẽt quorũ nec finẽ neq;
exitum ullum proſpicere ualebã retuli me ad
ſtudia litterarum tanq̄ in tranquilliſſimũ ali-
quem portũ turbationũ cunctarũ. Cũq; ibi
cum ueteribus amicis ut inquit.Ci.ideſt cum
libris rediſſẽ in gratiã multaq; aſſidua lectiõe
uterer.Placuit tandẽ nõ ſolũ legẽdo mihi ue℞
etiã ſcribẽdo aliis ſi qua poſſem prodeſſe cona
ri.Id enim precipuum ſtudioſorũ munus pu-

aut replectiue.quoniã nõ neceſſitate ſed tantum ornatus cauſa appoſita eſt. item co-
dices aliqui habent quom.credo tamẽ eos eſſe incorrectos. eſt enim quom ſecundum
quintilianũ aduerbiũ temporis.quod hic minus bene poreſt cum ſententia cõuenire
debet igitur eſſe cum cauſalis coniunctio nõ quom aduerbium temporis. Cum ibi
in qua tangit occaſionem propinqua laboris ſuſcepti.dicens ꝙ quando iam exiſtẽs in
ſtudio ſuo redierit in gratiam cum ſuis amicis ueteribus ſcilicet cum libris ut inquit
cicero qui libros appellauit ueteres amicos & cum leonardus multa & aſſidua gratia
iocunde apud ſuos ueteres amicos uteretur:placuit tandem ſibi conari ſi in aliq̄ par-
te poſſet prodeſſe non ſolũ ſibi in legendo.uerum etiam aliis in ſcribendo.cuius cau
ſam ſubdit dicens putandum eſt eĩm id eſſe ſtudioſorum munus precipuum ut ſtudia
ſua referant nõ ad propriam modo ideſt ſolũmodo.uerum ad cõmunem utilitatem.ta
les ſine dubio ſunt homines qui ſuam aliis doctrinam cõmunicant.& magis quidem
hoc faciunt qui ſcriptura docent quam illi qui uerbo.cum ſcripture ad plures homi-
nes quam uerba peruenire queant.pluri quoq; tempore.cum non ſolum in uita : ſed
etiam magis ac cum maiori autoritate poſt mortem actorum hoc fiat. quos ego peni-
tus mori non credo.quod aretinus ſentiẽs:utrumq; ſibi comparauit.aduertendum ꝙ
in principio huius littere codices aliqui habent quom.quod hic bene cum ſententia
cõuenit.eſt eĩm quom ut dictum eſt temporis aduerbium.ſignificat enim idem quod
quãdo.unde con per.c.et.n.prepoſitio eſt inſeparabilis. ſed quom per.q.u.o.et.m.ſe
cundum quintilianum eſt aduerbium temporis. cum per.c.u.et.m.eſt aliquando pre
poſitio aliquando cauſalis coniunctio.& pleriſq; placet quando eſt coniunctio ſcribi
debere quum per.q.et duo.u.et.m.hec tamen ſcripture diferentia hodie nullibi aut
rariſſime cernitur.ſcribitur enim hodie cum per.c.u.et.m.ſiue ſit prepoſitio ſiue ca
uſalis coniunctio ſiue temporale aduerbium.itaq; ſiue quom ſiue cum ponatur ĩ pri-
cipio huius littere aduerbium eſt temporis.cum enim dixit quom ibi uel cum ibi: eſt
dicere quando ibi.conuenientius tamen diceretur quom.tum quia euitaret cacopho

niam cauſatam per aliud cum quod ibi ſubſequitur.tum etiam propter equiuocatio-
nem que tollitur ſi quom ſcribatur. Itaq; ariſtotelis.hec eſt narratio magis in ſpecie
& poteſt eſſe epiſtole diuiſio.eſt enim diuiſio ſecundum tulium cum oſtendimus qui-
bus de rebus ſimus dicturi.quod hic aretinus facit oſtendens quibus de rebus ſcripſe
rit.dicit ergo determinando id quod in genere & cõfuſe narrarat: itaq; traduxi ideſt
cõuerti accuratiori ideſt accuratiſſima diligentia.ponitur quidẽ cõparatiuus pro ſup
latiuo.libros ariſtotelis qui inſcribuntur ideſt intitulantur de moribus.eſt eĩm apud
grecos ethos quod apud latinos mos.ſuauiſſimos quidem quantũ ad dignitatẽ & co-
lorũ picturã ac uarietatẽ.& elegantiſſimos.intellige de puritate claritate & compoſi
tione orationis.cauſam ſubdit dicens putans id uſq; adeo ideſt intantũ utile ut nihil

tandũ eſt ut nõ ad propriã modo ſed ad cõmu
nem utilitatẽ ſtudia referant ſua. Itaq; Ariſ
totelis libros qui de moribus ſcribuntur ſua
uiſſimos quidem ac elegantiſſimos & ad uitã
noſtram plurimum neceſſarios accuratiori di
ligentia in latinũ traduxi.Putans id uſq; adeo
utile ut nihil fieri poſſit utilius. Eos igitur
beatiſſime pater libros ad te mitto nõ quo ua-
care eorum lectioni te poſſe arbitrer.Noui eĩ
fluctus & eſtus paſtoralium occupationũ ſed
ut omnis mea opera in tuum nomẽ referatur.

Quia uero ſuſpicor fore nõ nullos qui for-
ſan grecarum litterarum ignari & ob hoc de-
fectus minime internoſcere ualẽtes huic meo
labori refragabuntur. Pro diſcuſſione rerum
ipſarum quedam premiſſi.

fieri poſſit utilius.quid eni i.ui
ta utilius eẽ poteſt quam ea cog
noſcere per que ad caſum uiue-
re deſiſtamus: uias actuſq; noſ-
tros diſcernamus! Eos igitur
hec eſt tertia pars epiſtole.& eſt
eius concluſio. dicit ergo cõclu
dendo:eos libros ad te mitto be
atiſſime pater non ꝙ ego arbi-
trer te poſſe uacare eorum lecti
oni:ſed ut omnis mea opera in
tuum nomẽ referatur.hoc eſt a
te nominetur.cõueniunt quidẽ
que hic concludit cum his que
in exordio premiſerat. illic qđ
mihi feciſſe & cetera.nec etiam
diſcrepant ab his que narrarat
cum dixit cum omni reuerẽtia
tuo nomini perſcripſi.interpo-
ſuit uero cauſã dicens noui eni
fluctus & ſtus paſtoralium occu
pationum.ideſt negotia frequẽ
tia & ingentia tui paſtoris occu
pati.& tetigit hic bifariã colo-
res.negotia crebra & magna dicũtur quidem fluctus & ſtus tranſlatiue aut metapho-
rice.idem etiam eſtiſi animarũ habens cura paſtor dicatur.& quod dixit tuarũ occupa
tionum enphaſis eſt.cum ſubſtantiuum pro adiectiuo ponatur. & hoc ratione maio-
ris expreſſionis ornatuſue cauſa.cum hec dictio ergo ſepiſſime uenerit in uſum tam
leonardi quam ariſtotelis:conſideraui non eſſe inutile uim illius dictionis cognoſce
re.tenetur quidem aliquando pro cauſa.& tunc accentum habet in ultima ſillaba.ne
q; tamen hoc modo frequenter uenit in uſum iſtorum quos modo nominaui.ſummi-
tur quandoq; complectiue aut ilatiue.aliquando etiam ſolum ornatus cauſa.quod ſe-
pe contingit fieri quando ea dictione utimur in principio rationis nihilq; colligen-
tes aut inferentes.quod dictum eſt de ergo:de igitur dictum eſſe intellige. hic uero
ab aretino colectiue tenetur.in aliis uero locis q̄ pluribus complectiue aut replecti-
ue ponitnr. Quia uero.hec eſt ultima pars epiſtole in qua tangit ordinem in dicen
dis.& poſſet modo aliquo dici color ille qui a tullio tranſitus nuncupatur. dicit igi-
tur quia ſuſpicatur fore aliquos litterarum grecarum ignaros minime ualentes ideſt
potentes internoſcere ideſt cognoſcere deffectus antique traductiõis: & propter hoc
ſuo labori ideſt rei quam laborando effecerit.eſt eĩm hoc dictum per methonomiam.
labor enim ſe habet ut cauſa ad id quod laborando efficitur.refragabuntur ideſt con
tradicẽt.hac igitur de cauſa dicit ſe quedam premiſiſſe pro diſcuſſiõe rerum iparum
que ſcilicet in cauillationem aduerſus eum deduci poterant.



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ec eſt leonardi prefatio in ethicorũ libros.& diuiditur in q̃ttuor partes. i pria
premittit rõnem.in ſecũda quaſdã aduerſariorũ excludit reſponſiones. i tertia
manifeſtat multifariã qđ in rõnis cõfirmatiõe ſũſerat.in quarta cõcludit. ſecũda ibi
atqui ſtudioſũ tertia ibi ad hic noſter interpres.q̃rta ibi ego igitur infinitis pene hu
iuſmodi pria diuidit in ptes tres.prio premittit ꝓpoſitũ.ſecũdo ſubiũgit ipſius rõnẽ
tertio ponit rõnis cõfirmatonem.ſecũda ibi.nõ quia.tertia ibi cõſtat eni. dicit ergo
prio ariſtotelis ethicorũ libros facere latinos nup.i.paucis diebus ante aut nup.i.no
uiter.dicitur eni nup de nuperus.ra.rum.qđ ſignificat idẽ qđ nouus.ua.uum.inſti-
tui.i.ꝓpoſui.hec eni quattuor idẽ ſignificãt.ꝓpoſitũ inſtitutũ ꝓpoſitio & inſtitutio.
eſt igitur aretini propoſitũ ariſtotelis ethicorũ libros latinos facere.illud quidem ad

Riſtotelis ethicorũ libros facere lati-
nos nuper inſtitui nõ quia pri⁹ traduc
ti nõ eſſent ſed quia ſic traducti erãt ut barba-
ri magiſq̃ latini effecti uiderentur. Cõſtat
enim illius traductionis autorẽ quicũq; tãdẽ
is fuerit quẽ tamẽ ordinis predicatorũ fuiſſe
manifeſtum eſt neq; grecas neq; latinas litte-
ras ſatis ſciuiſſe manifeſtũ eſt Nã & grecas

uerbiũ nuper poteſt cõſtrui cũ
illo uerbo facere.& tũc ſignifi-
cat nouiter.aut ordinatur cum
uerbo inſtitui.& tunc ſignifica
bit pauco tẽpore aut paucis die
bus ante. Nõ quia.in qua tan
git propoſiti rõnem dicẽs ſe nõ
cõuertiſſe prenominatos libros
quia prius traducti nõ eſſẽt:ſed
quia ſic traducti erant ut magis
uiderẽtur barbari.i.alieni & ex
tranei a lingua latina q̃m latini
itaq; cũ prius nõ eſſet latini ſed
potius barbari:leonardus hac rõne ꝓmotus eos libros nouiter latinos fecerit. Cõſ
tat eni illius traductionis.in qua ponit rationis cõfirmationẽ.& prio ponit eam ſecũ
do ipam quoq; manifeſtat. ſecũda ibi nam grecas.dicit prio cõſtat eni illius traductio
nis autorẽ(quicũq; tandẽ is fuerit quẽ tamẽ ordinis predicatorũ fuiſſe manifeſtũ eſt)
nec grecas nec latinas litteras ſatis ſciuiſſe itaq; illa antiqua traductio barbara magis
q̃m latina eſt dicẽda.cuius rei cauſa fuit quia eius autor ut ex dicẽdis iam patebit nec
grecas nec latinas litteras ſatis ſciuerit.& interpoſuit per tranſiectionẽ quicũq; tan-
dẽ uſq; ad eam partẽ nec grecas.qđ ab aretino nõ incõſiderate fuiſſe interpoſitũ ẽ cre
dendũ.per hoc eni reſpõdet ad eos qui dicũt autorẽ illius antique traductionis fuiſſe
boetiũ.cuius opera & cõmunis fama oſtẽdit & grecis & latinis litteris fuiſſe doctiſſi-
mũ.ad quod leonardus bifariã reſpõdet.primo dicẽs ꝙ ſiue ille fuerit boetius ſiue a-
lius quicũq; nec grecas nec latinas litteras ſatis ſciuerit ut ex dicẽdis euidẽtiratione
patebit.nullius eni hoĩs auctoritas preſertim in phĩa eſt tenẽda cuius cõtrariũ euidẽ
ti ratione patefit.qđ ipẽ ariſtoteles habet.nuſq̃ eni cuiuſq̃ hoĩs auctoritatẽ tenet ubi
contrariũ ex ratione euidẽti deprehẽditur.itaq; ſi auctor illius traductionis fuit boe
tius:nõ poteſt refelli quim boetius in multis errauerit in multiſq; defecerit.hec ẽ igi
tur una leonardi ſolutio ad illam odioſam obiectionẽ de boetii auctoritate .aliter di-
cit ꝙ ille nõ fuit boetius .fuerat eni religioſus de ordine predicatorũ genere gallicus
natione brito. quod etiam eius lingua & modus loquendi ſatis aperte oſtendũt. itaq;
leonardus & plures alii cum eo hoc aſſerũt aliis uero hoc negantibus. quocũq; modo
res quantũ ad hec ſe habeat:poteſt tamẽ ſatis euidẽter oſtendi ꝙ ille auctor nõ fuerit
boetius.pro cuius demõſtratione ſupponamus aliqua que ſine dubio tanq̃ uera tene-
mus.primũ ſit ꝙ boetius dies ſue uite clauſerit ante ſexcenteſſimũ annum chriſti. ſe
cundũ ſuppoſitũ ſit ꝙ traductio librorũ ariſtotelis fuerat longe antiquior ex arabico
in latinũ q̃ ex greco in latinum.& inde inoleuit ꝙ arabica antiqua alia uero noua tra
ductio dicatur.tertiũ ſuppoſitũ ſit ꝙ traductio ex arabico fuit multo tẽpore poſt boe-
tium.fuerat enim illa poſt mahom eticã ſectã.prout noſtre cronice cantant.mahomat
uero fuiſſe poſt annum chriſti ſecenteſſimũ:nullus ſaltẽ mediocriter doctus ignorat.
his igitur ſuppoſitis que noſtre referunt hiſtorie:planum eſt nõ fuiſſe boetium illius
traductionis auctorem.cum ille mortuus fuerit ante annum chriſti ſecenteſimũ.tra-
ductio uero illa fuit multo tempore poſt annum ſecenteſſimum.quoniam fuerat poſt
arabicam que aduc ut tertio loco ſupponebamus fuerat poſt annum chriſti ſecenteſſi
mum. Nam & greca.in qua manifeſtat quod dixerat.& hoc facit trifariã.ſecũda ibi
quim etiã. tertia ibi quid dicam.erat igitur dictum ꝙ ille antique traductiois auctor
nec grecas nec latinas litteras ſatis ſciuerit quod hic aretinus oſtendit dicens nã gre
ca in multis locis male accepit ideſt male intellexit.cui rei atteſtabuntur illi ſoli qui
litteris & latinis grecis docti fuerint.nos tamen in hac parte leonardo credimus.qui
uim & naturam uerborum utriuſq; lingue perfecte cognouerit.ſequitur littera & la-
tina ſic pueriliter indocte reddit ut uehementer pudendum ſit tam ſupine craſſeq; ru
ditatis.quod dixit reddit latina expone fecit greca ſcilicet latina. quod uero dixit ſic
pueriliter indocte intellige dictum eſſe per colorem interpretationis. idem enim eſt
dicere pueriliter & indocte.ſunt quidem uerba diuerſa idem ſignificantia.quod au-
tem dixit ſupine craſſeq; ruditatis intellige dictum eſſe per metaphorã aut tranſlatio

multis in locis male accepit & latina ſic pueri
liter & indocte reddit ut uehemẽter pudẽdũ
ſit tam ſupine craſſeq; ruditatis. Quin etiã
frequẽter uerborũ que optima & ꝓbatiſſima
latinitas habet ignarus atq; inopulẽtia noſtra
mẽdicãs cũ greco uerbo latinũ reddere neſci-
at quaſi deſperãs & conſilii inops ita ut iacent
greca dimittit ita ſemi grec⁹ quidã & ſemi la-

nem. hec eĩm tria ſupine craſſe
& rude proprie inueniuntur in
materia exteriori ſenſibili: per
aliquã uero ſimilitudinẽ tranſ-
feruntur ad dicta uel ſcripta. ꝑ
maiori euidẽtia horum eſt ani-
maduertendũ ꝙ ſecũdũ tulium
libro quarto rhetorice ad here-
nium elocutio tria debet habe-
re ſcilicet elegantiam compoſi-
tionem dignitatem.elegantia ẽ
que facit ut unũquodq; pure &
aperte dicatur quod eni dicitur
apud grãmaticos congrue a tullio dicitur pure.compoſitio uero eſt cõſtructio uerbo-
rum equaliter perpolita.hec eni excludit crebras uocalium concuſſiones iatuſq; om̃s
labdaciſmos metaciſmos eiuſdemq; dictionis frequẽtem repetitionẽ.dignitas eſt que
orationem reddit ornatam uarietate colorum eam depingens.oratio igitur peccãs in
elegantia ſupine ſe habet.quod antiqua traductio in locis nõ paucis uidetur habere.
plurimũ enim aut impure aut obſcure loquitur quorum utrũq; elegantie opponitur.
craſſa uero & rudia ea ſunt que incompoſite & inornate dicuntur.in quibus adeo eſt
frequens illius traductionis peccatum ut ſi aliquando eueniat dicere cõpoſite aut or-
nate:id dicamus fieri a caſu potius q̃m ex arte aut ratione.dixerat igitur aretinus ſu
pine ut tangeret deffectum in elegantia.craſſeq; ruditatis adidit ut ſignificaret pluri
mũ erraſſe in orationis compoſitione ac eiuſdem dignitate ſiue ornatu. Quin etiã
in qua idem oſtendit per alium modũ.dicens inſuper uerborũ que optima & probati
ſſima lingua latina habet ignarus atq; in opulentia & copia maxima noſtre lingue mẽ
dicans ideſt aliunde querens:cum greco uerbo latinum reddere neſciat ipẽ quaſi deſ
perans & conſilii inops ita ut iacent greca dimittit.& ita ſemigrecus quidam & ſemi
latinus ſit in utraq; deficiens lingua in neutra integer.& hoc ultimũ aditum eſt ab a
retino ad exagerandum illius deffectum.ſtat aretini ratio in hoc ille non eſt ſatis doc
tus litteris grecis & latinis qui uerbo greco ſimile uerbum latinum reddere nequit.
talis autem fuit illius traductionis auctor.ab aretino ſolum ponitur aſſũtio que a nõ
nullis dialeticis minor propoſitio conſueuit nuncupari.huius aduc propoſitionis ꝓ-
batio pendet ex infra dicendis. Quid dicam.in qua tertio idem oſtendit ex trãſfor
matione orationis antique traductionis.& procedit dubitatiue dicens quid dicam de
tranſformatione orationis qua oratione nihil turbatius nihil peruerſtus?quaſi dicat
infinita ſunt que dici poſſent.& utitur hic aretinus ea figura que diophoroſis dicit.
a tullio uero dubitio appellatur.eſt enim hoc ſicut ſi dicas quo te appellem nomie tu
is moribus digno?aduertendum ꝙ orationis tranſformatio quando fit neceſſitatis or
tatuſue cauſa:eſt figure iperbaton aut ſecundum tullium erit color trangreſſionis.
cum autem ſine ulla ratione fiat dictionum inordinata traſportatio:uitium eſt ſoloe
ciſmo ſimile.quod in antiqua traductione factum fere.ubiq; uidemus.apparet igitur
ex dictis ꝙ auctor illius traductiois nec grecas nec latinas litteras ſatis ſciuerit quod
hic probare uolebamus.pro intellectu tamen dictorum atq; dicendorum non erit in-
utile hic aliqua ſuperadere generalia documẽta ad librorum prologos pertinentia.
primo igitur conſiderandum ꝙ ſecundum ariſtotelem tertio ſue rhetorice ſicut mus-



Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ficî ante q̄m ſerio agrediantur melodiam conſueuerunt premittere preludium: ſic oratores & philoſophi ante libros ſuos apponunt prologum prohemium aut prefationem. hec enim tria idem ſignificant. excepto ꝙ prima duo ſunt greca aut ex grecis cōpoſita prefatio uero nomen eſt latinum. dicitur quidem prologus aprotos primum & logos ſermo quaſi primus ſermo. prohemium uero a pros quod eſt ad & hemium ornatus quaſi adornatio uel adornatus ſermo. prefatio uero componitur ex pre & fatio quod eſt uerbale deſcendens a uerbo far faris. unde prefatio quaſi prelocutio. aut prima locutio. et prologus quidem prohemium ſiue prefatio quadrifariam diſtinguitur ſcilicet cōmendaticius argumentatiuus inuectiuus & ex his miſtus. commendaticius eſt qui auctorem aut librum aut utrumq̈ ſimul cōmendare intendit. argumentatiuus uero prologus is eſt qui breui ſermone exponit quod i toto libro continetur. unde a nonnullis ethimologizatur argumētū quaſi breue inuentum. inuectiuus prologus ille eſt qui obtrectatoribus intendit reſiſtere eorumq̈ cauillationes refellere. prologus quidem ex his miſtus erit ille qui ex prefactis componitur. cuiuſmodi ſunt prefationes apud terentii fabellas. hic uero prologus qui ab aretino premittitur totus fere eſt inuectiuus. intendit eīm obtrectantium cauillationes refellere. ſecundo eſt animaduertendum ꝙ ut placet ariſtoteli primo ſue rhetorice argumētationes oratorie plurimum ſunt exempla aut entimemata. entimematice uero argumentationis ſecundum tullium in rhetorica ad herenīū partes ſunt quinq̈. ſcilicet propoſitio ratio rationis confirmatio exornatio concluſio. propoſitio ut ait eſt per quam oñdimus ſūmatim qd ſit quod probare uolumus ratio eſt cauſa que demonſtrat uerum eſſe id quod intendimus breui ſubiectione. rationis confirmatio eſt ea que pluribus argumentis corroborat breuiter expoſitam rationem. exornatio eſt qua utimur rei honeſtande & collocupletande cauſa: confirmata argumentatione. concluſio ſiue complexio eſt que concludit breuiter colligens partes argumentationis. he igitur ſunt partes perfectiſſime argumentationis rhetorice & hac perfectiſſima argumētatione aretinus in preſenti uſus fuerat. cuius prima ponotatur in principio ibi ariſtotelis ethicorum. ſecunda ibi nō quia prius traducti. tertia que longiores habet fimbrias incipit ibi conſtat enim. quarta ibi dicam & de alio errato quāquā infinita pene ſint. quinta ibi ego igitur infinitis. eſtq̈ alia argumentatio ſillogiſtica que nō tam frequens uenit in uſum oratorum. hec etiam ſecundū ciceronem in prima rhetorica ſi complectiſſima eſt quinq̈ habet partes. quarum prima ē propoſitio. ſecunda eius approbatio. tertia eſt aſſūtio que apud dialeticos dicitur minor propoſitio. quarta eſt ipius aſſūtionis approbatio. quinta eſt concluſio ſiue complexio. itaq̈ in hoc genere argumentationis exornatio locum non habet. & in his finitur prima lectio prefationis ſiue prohemii.

tinus ſit in utraq̈ defficiens lingua in neutra integer. Quid dicam de transformatione orationis qua nihil eſt turbatius nihil peruerſius. Atqui ſtudioſum eloquentie fuiſſe Ariſtotelem & dicendi artem cum ſapientia cō-

Tqui ſtudioſū eloquētie. hec eſt ſecūda pars prefatiōis in q̄ intendit antipophorizare cofutādo quaſdā aduerſariorū reſpōſiones ad rōnem predictā. poſſet eīm aliq dicere (ſicut de facto hodie nō pauci dicūt) ꝙ de deffectus & barbaries illius traductionis nō fuerit ex interprete ſed ex ipo eodē ariſtotele qui inordinate atq̈ inornate illa ſcripſerit. aut dicēt forte hoc proueniſſe ex deffectu lingue latine. que ut dicerēt nō eſt ſufficiēs ut in ea elegāter & ornate dicātur quecūq̈ in greco ſic dicta fuerint. hoc igitur modo aliqui uelēt tegere aut ſaltē extenuare deffectū illius interpretis. has itaq̈ cauillationes leonardus excludit. & primo primā ſecūdo excludit ſecūdā ſecunda ibi nec uero mihi quiſq̄ obiecerit. prima duas habet partes. in prima probat id qđ intēdit in ſecūda illud cōcludit. ſecūda ibi itaq̈ ſiquis illi nūc. intēdit igiť aretinus oñdere ꝙ ariſtoteles fuerit doctus nō ſolū in ſapiētia ſed etiā in eloquētia. & hoc bifariā probat. prio ciceronis auctoritate q̄ in re de q̄ agimus nō parua eſtimatiōe eſt tenēda. dicit igitur prio atqui. i. certe cicero ipe teſtatur in multis locis ſuorū librorū ſcilicet in pria rhetorica in tuſculanis queſtionibus & in libro de oratore teſtatur dico ariſtotelē fuiſſe ſtudioſū eloquētie. & ait cicero ariſtotelē cōiunxiſſe ſapientiā cum arte dicendi. hoc eſt cum rhetorica. illa enim eſt que nos docet appoſite dicere. Et libri eius. hic ſecundo probat idem ex ſtilo librorū ariſtotelis in greca lingua: dicēs & libri eius ſcilicet ariſtotelis ſcripti in greco cum ſūmo ſtudio eloquētie. i. elegantie & ornatus. eloqui enim eſt eleganter & ornate loqui. eloquentia elegans & ornata locutio. declarant. i. oſtendunt luculentiſſime. i. apertiſſime. hoc ſcilicet ꝙ ariſtoteles fuerit nō ſolū doctus in ſapiētia: ſed etiā in arte dicēdi q̄m greci rhetoricā noſtri uero eloquentiā dicūt. itaq̈ arguit aretinus ab effectu ad cauſā. & eſt ratio ſatis efficax. ſi ei pictura cuiuſpiā eſt optima: & ipe qui eam depinxerit optime habet pingendi artem. unde ſi libri ariſtotelis in greco ſūt ſcripti cū ſūmo ſtudio eloquētie: recte cocluditur ipm fuiſſe eloquētiſſimū. quod uero dixit cū ſtudio: intellige dictū eſſe p methonomiam. pro effectu ei cauſā poſuit.

uinxiſſe Et Ci. ipe multis in locis teſtať. Et libri ei9 ſūmo cū eloquēcie ſtudio luculētiſſime ſcripti declarāt. Itaq̈ ſi qs illi nūc ſenſ9 ē rerū nr̄ax iā pridē credēdū ē huic abſurditati & incōcinitati traductiōis īfēſū & tātā barbariē indignatū hos ſuos libros eē negare Cū talis apud latinos uideri cupiat q̄lē apud grecos ſeſe ipe exhibuit. Neq̈ uero mihi quiſq̄ obiecerit latine lingue inopiā Nam illa quidē abunde locuples eſt Nec ad exprimendū modo quod uis uerū etiā ad exornādū ſatis modo ipā ſciatur Ignorātē uero iſta aggredi & uiciū ſuū ligue aſcribere ſtultiſſimū ſiť & idigniſſi

Itaq̈ ſiquis illi nūc. In qua cōcludit intētionē dicēs ꝙ tāta eſt hodie diſparitas librorū ariſtotelis in greco ad eoſdem in latino ut ipe idē ariſtoteles ſi hodie uiueret negaret hos libros eſſe ſuos qui ſunt apud nos. & hoc eſt quod dicit itaq̈. i. igitur ſiqs ſenſus. i. aliquod ſentire eſt iam ideſt hodie illi ſcilicet ariſtoteli rerum noſtrarū ideſt librorum noſtrorū. pridē ideſt priorū. ponitur enim poſitiuus pro cōparatiuo. credendū eſt ipm ariſtotelē inſenſū ideſt offēſum huic aſſurditati & incōcinitati ideſt ab hac abſurditate & incōcinitate traductionis ſcilicet antiq. illa quidē abſurda dicitur propter inelegantiam. inconcina uero propter inornatum. & tantam barbariem ideſt propter tantam barbariem indignatum & iratum. credendum eſt inquam ipm negare libros ſuos eſſe hos ſcilicet qui fuere apud nos. cuius cauſam ſubdit dicens cum talis apud latinos uideri cupiat qualē apud grecos ſeſe ipe exibuit. ideſt tales cupiat libros ſuos uideri apud latinos quales apud grecos ipe exibuit. & eſt aduertendum ꝙ barbaries non ſumitur hic ab aretino ſolum pro uicio barbariſmi: ſed communiter pro omni uicio dictionis & orationis. itaq̈ barbaries ab aretino dicta eſt omnis improprietas que elocutioni opponitur excludens elegantiam aut compoſitionem aut dignitatem uel omnia ſimul. qualis eſſe uidetur illa traductio expers omnis elegantie atq̈ ornamenti. item non eſt hec leonardi doctrina negligenda imo ſumme commendanda ſunt enim hodie non pauci de noſtris ſine ulla uera ratione dicentes ꝙ leonardi traductio non eſt ariſtoteles ſed ipſius expoſitio aut gloſa. aduerſus quos leonardus inquit ariſtotelem (ſi hodie uiueret) negare illos eſſe libros ſuos concederet autem libros a leonardo traductos ſine dubio eſſe ſuos. tanta quidem eſt iſtorum in latino ad illos in greco conformitas: ut indubie unitas dici poſſet. quod uero dixit ſiquis ſenſus eſt dictum eſt per colorem conformationis. & poſſet modo aliquo aſſignari proſopopeia. Nec uero mihi quiſq̄m obiecerit. hec eſt ſecunda pars principalis huius lectionis in qua intendit confutare ſiue excludere aliam obtrectantium cauillationem. & habet duas partes. in prima intentum premittit. in ſecunda illud probat. ſecunda ibi uidemus plautum quidem & terentium. aliqui igitur dicerent ſicut de facto hodie non pauci dicunt ꝙ ille deffectus non fuit ex interprete: ſed potius ex lingue latine penuria. hoc itaq̈ leonardus confutans atq̈ refellens: inquid nec uero mihi quiſquam obiecerit ideſt obicere iuſte poterit inopiam lingue latine. nam illa quidem locuples ideſt abundans eſt nec ad exprimendum modo ideſt ſolummodo quoduis ideſt quodcunq̈. uerum pro ſed etiam ad exornandum. modo ideſt dum modo ipa ſciatur ſatis ideſt perfecte. ignorantem uero agridi iſta ſcilicet traductiones ex alia

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

uituperiū illius.eſt enī maximē uituperabile in diuiciis mendicare. qđ ille interpres
fecerat cum aliūde queſierit uocabula q̄ in latina lingua ſūt in copia nō parua. Po-
nam unū aliquid.hic proſequitur qđ propoſuit.& prīo ponit unum in quo errauerit
ille interpres.ſecūdo oñdit illud eſſe erratū.ſecūda ibi o ferreū hoiem. dicit igit̃ po-
nam.ſ.exempli gratia aliquid unum de ſuis ſcilicet erratis quo manifeſtius diſcerna-
tur illius error.in illa diligenti ariſtotelis extremorūqꝫ deſcriptione ideſt diffinitiōe
quibus ſcilicet mediis & extremis uirtutes & uicia contineri oſtendit:iſte traductio-
nis antique auctor in quodam loco ſcilicet libro & tractatu ſecundo capitulo tertio.
ſic inquit circa delectabile aūt quod quidē in ludo medius quidē eutrapelos & diſpo-
ſitio eutrapelia.ſuperabundātia autē bomolochia & qui habet eam bomolochos.qui
aūt deffecit agrichos quis & ha
bitus agrichia.hec igitur ſūt il
lius uerba libro ſecūdo.& eadē
fere ponit libro quarto. ubi de
hac uirtute in ſpecie determīat
ariſtoteles. O ferreū hominē
hic manifeſtat prefactū errorē.
& primo inuehit in ipm̄ inter-
pretē exclamādo. ſecūdo oſten-
dit omnia predicta eleganter &
cōmode poſſe dici latine. ſecun
da ibi atqui poterāt.procedit i-
gitur primo exclamādo o ferre
um hominē ſupple dico.itaqꝫ il
lud o nō eſt uocandi aduerbiū:
ſed indignantis interiectio. cū

diuiciis mēdicat. Ponā unū aliquid de ſuis
quo manifeſtius diſcernatur In illa diligenti
ariſtotelis mediorū extremorūqꝫ deſcriptione
quibꝰ uirtutes & uicia cōtineri oñdit iſte int̃
pretās quodā loco ſic inqt Circa delectabile āt
qđ quidē i ludo medīꝰ qdē eutrapelos Et diſ-
poſitio eutropelia ſupabūdātia bomoloxia &
qui hēt eam bomolochos Qui āt deficit agri-
cos qs eſt & habitꝰ agritia. O ferreū hoiem
nō poſſū equidē legēs me cōtinere hoccine eſt

nō cum uocatiuo ſed accuſatiuo conſtruatut.nō poſſū equidem legens me continere
quaſi dicat legendo prefacta & ſimilia nō poterat ſe tenere quin aliquid aduerſus il-
lum interpretem ipm̄qꝫ obiurgando euomeret.& ſi in aliquo uideatur aretinus exce-
dere in reprehenſione.ex hoc eius culpa(que ut ego puto nulla eſt)extenuatur.ſecū-
dum enim philoſophū culpa nō eſt eius qui iraſcitur ſed eius qui ad iram prouocat.
quod magis aperitur per id quod ſubdit dicēs hocine eſt interpretari?quaſi dicat pla
num eſt quod illud nō erat interpretari.relinquere enim greca uocabula ut apud gre
cos iacent planum eſt ꝙ non eſt latine ea interpretari:ſed potius inter latina greca q̄
dam inepte miſcere.& in hoc ꝙ aretinus dixit hoccine ſecutus eſt antiquitatem.ſecū
dum enim antiquiores illud pronomen hic recepit ſyllabam.ce.in omni caſu.cui ali-
quando apponitur dictio dubitandi.ne. & per antitheſin mutatur.i.in.e. & dicitur
hoccine.ſunt tamen non nulli etiam de noſtris hiſpanis qui leonardo in hoc refragā
tur nulla uera ſed inani ac leui ratione permoti.dicunt enim quādo in latina lingua
non inueniuntur uocabula in ſignificando paria grecis uocabulis: minus malum eſt
ea ut iacent in greco relinquere q̄ impropria latina efficere. quod fuiſſe apud anti-
quum interpretem ut dicunt eſt credendum.ſed iſti ut mihi uidetur multifariam pe
cant.primo quia interpretatio latina ex greco ſolum prodeſſe poteſt hominibus qui-
bus latina lingua eſt nota greca uero inota.his tamen hominibus talia greca uocabu
la latinis inſerta non in pauco impedire plurimum uiſum eſt.iuuare autem nequaq̄.
nec intellectus humanus capit talia greca uocabula prodeſſe in parte aliqua homini-
bus litteras grecas ignorantibus.ſi enim talia interpreti fuerunt innota & ea de cau
ſa ſic reliquerit:quid de lectoribus cenſebis?qui non modo in grecis: uerum in lati-
nis plurimum ceſpitant.item qui ſic dicunt:magis interpretem condenant quam ſal
uent.ſi enim in latina lingua ſunt uocabula in ſignificando paria & ea interpreti fue
runt innota:ipē interpres non modicum eſt reprehendendus. eſt enim audatia non
parua imo inſania hominem agredi rem ſibi impoſſibilem. eſt quidem impoſſibile
greca latina perfecte ac recte facere homini utraſqꝫ litteras non ſatis ſcienti. non
eſt tamen hic ignorandum quod lingua quecunqꝫ ad aliam comparata in aliquo una
aliam uincit ac ſuperat in aliquo uero ab alia uincitur ac ſuperatur.quod optime apa
ret ſi compares latinā linguā ad hiſpanicā. in rebus enim quibuſdā latina lingua eſt

copioſior q̄ hiſpanica.ut patet in paſſiua que non eſt in hiſpanica lingua. quaprop-
ter quādo uerba paſſiua in hiſpanicū cōuertere uolumus:unūquodqꝫ p uocabula plu
ra exprimitur.ut ſi uelis hiſpanicū facere legitur aut exulat:loco cuiuſqꝫ eorū ponū-
tur duo uocabula.in rebus uero nō paucis hiſpanica excedit ac uincit latinā.ſicut in
ſpecie equorū hiſpanica habet quā plura diſtinta uocabula latina uero q̄ pauca.ſūt ei
in lingua hiſpanica equorū hec uocabula in re differentiā aliquā conotantia.cauallo
cauallazo.rocin rocinazo.potro potranco.potrillo potrico.haca hacanea.albardō.ga
rañon.ginete.oīa hec apud hiſpanos diuerſa ſub equi ſpē ſignificant.apud latinos
uero ſat erit ſi pro oībus his habuerint tria aut quattuor uocabula.ſūtqꝫ alia q̄ plura
his ſimilia.nō minus credo fuiſſe ſi latina ad grecā cōparetur linguā.erit ei in aliquo
locupletior ac exuberantior.in aliis forte ab ea defficiet.quo caſu interpretes ad cir-
cuitionem que nuſq̄ deffecit re
curſum habēt.itaqꝫ ſi uocabula
ſint paria in utraqꝫ lingua pari-
bus paria ſūt redenda.ſint uero
paria uocabula defficiāt:circui-
tiōe utendū eſt.quod feciſſe ui-
ros nō parue autoritatis. uide-
mus nō eſt igitur aliqua legiti-
ma excuſatio interpretis q greca
latinis mixcuerit. Atqui
poterāt hec oīa.in qua oſtendit
oīa prefacta dici poſſe elegāter
& cōmode latinis uocabulis.&

interpretari At q poterāt hec oīa q̄ ob igno
rātiā reliqt comode & elegāt̃ latīe dici. Pri
mū eī qđ ille i ludo inqt magis equidē i ioco
dicēdū reor Nā ludere pila & alea magis dicīꝰ
iocari āt uerbis. In ioco igit̃ laudabilē illam
mediocritatē q̄ greci eutrapeliā uocant nr̄i tū
urbanitatē:tū feſtiuitatē tū comitatē:tū iocū
ditatem dixere Et qui ita ſe habet urbanꝰ feſti

procedit inductiue oſtendēdo de quolibet eorū diuiſim ꝙ potuit cōmode & elegāter
latine dici.& primo qđ intēdit ꝑponit.ſecundo proſequitur ibi primū enī.dicit ergo
primo atqui.i.certe poterāt hec oīa que ille interpres ob ignorātiā reliquit dici latīe
cōmode & elegāter.i.pure & clare.qđ uero aretinus dixit ob ignorantiā.ut illius cul
pam atqꝫ defectū exageraret ab eo additū eſt.qđ aūt dixit cōmode & elegāter:per iter
pretationē dictū eſſe uidetur.idē enī illa duo ſignificāt.illud profecto cōmode effert̃
qđ elegāter dicitur. Primū enī.hic proſequitur & primo oſtēdit in proprietatē cu-
iuſdam latini uocabuli.ſecundo proſequitur de grecis ſecunda ibi in ioco igitur.di-
cit igitur bene dixi quod poterant hec omnia cōmode & eleganter latine dici.primū
enim quod ille interpres in ludo inquit magis equidē in ioco dicendū reor.nam lude
re pila & alea magis dicimus iocari autem uerbis.quia ludere pila & alea eſt iliberale
cadere nequaq̄ erit materia uirtutis cuiuſpiam. que enim cum uicio ſunt inuolucta
minime ſunt uirtuoſa.ut a philoſopho ponitur tertio ethicorū.nō igitur ludus cum
uirtute agi poterit. In ioco igitur.in qua oſtendit ꝙ illa greca poterant cōmode &
eleganter latine dici.& primo hoc oſtendit de mediocritate dicens in ioco igitur lau
dabilem illam mediocritatem quam greci eutrapeliam uocant noſtri latini tum urba
nitatem tum feſtiuitatem tum comitatem tum iocunditatem dixere.& qui ita ſcilicet
ſecundum mediocritatem in ioco ſe habet urbanus feſtiuus comis iocundus eſt.& ait
hec omnia probata ſunt ideſt aprobata ſunt uerba & ab optimis autoribus frequenta
ta.& in fine aretinus poſt confirmationem utitur interrogatōne dicens & uidetis co
piam lingue noſtre?quaſi dicat ſine dubio credo ꝙ uidetis.cū uni greco quattuor no-
mina reddantur latina.& utitur hic aretinus conuenienter colore interrogationis.
nam ſecundum ciceronis preceptionem non omnis interrogatio eſt grauis & conci-
na ſed ea ſolum que enumeratis que obſunt cauſe aduerſariorum:confirmat ſuperio
rem orationem:itaqꝫ tunc conuenienter interrogamus quando ex prefactis apparet
quid aduerſarius reſpondere poſſit.quod leonardus in hoc prologo ubiqꝫ facit.conſe
quenter idem probat de extremis dicens ſuperabundantia inquit interpres ille eſt
bomolochia.aduerſus hoc dicit leonardus hec proprie eſt ſcurrilitas apud noſtros au
tores latinos. uerbum item optimum ideſt optime conueniens & latine ſignifi-
cans quod bomolochia apud grecos ſignificat. & qui illam habet: ſcilicet ſcur-
rilitatem eſt ſcurra: ideſt ſcurra dicitur. conſequenter proſequitur circa deffec-
tum dicens qui autem deffecit inquit ille interpres agricos quis. contra hoc dicit

Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aretinus hic ꝓprie eſt ruſticus & habitus ipẽ ruſticitas. ĩ fine cõcludit aretinus noĩa latina quibus mediũ & extrema cõmode & elegãter noĩentur dicẽs ut ſit qui mediocritatẽ in iocãdo ſeruat urbanus ſiue comis. qui oĩno deffecit & aborret iocari: ruſticus. qui ita iocoſus eſt ut modũ & menſurã excedat: ſcurra. hec igiť ſũt noĩa quibus aretinus prefacta noĩabit in eis locis in quibus ariſtoteles de his cõſiderabit. & ultĩo inuehit in illũ interpretẽ interrogãdo. dicẽs num. i. nunquid hec latine poſſe dici uidẽtur? quaſi dicat patet ex predictis nõ eſſe dubiũ ꝙ latine dici poſſint. querit etiam continue dicens utrum ergo deffectus in lingua eſt uľ in ipõ? quaſi dicat patet ex his ꝙ deffectus non fuerit in lingua latina ſed in ipõ interprete.

Atqꝫ fieri poteſt ut in phĩa. hic intẽdit quorũdam cauillationẽ excludere. aliqui forte uolendo extenuare deffectũ illius interpretis: dicerẽt ſicut hodie nõ pauci dicunt ꝙ ille & ſi in lingua non fuerit tam elegãs tanqꝫ ſuauis: fuit tñ doctus in phĩa que ſecũdũ boetiũ ſola ueritate etiã ſi nõ ſit colorũ pictura ornata cõtẽtatur. itaqꝫ in phĩa dicũt nõ elegantia & uerborũ ornatus: ſed rerũ ueritas ꝓfũda queritur. dicũt igiť ꝙ ille interpres nõ tãtũ ad uerborũ ornatũ: quãtũ ad modum quo ueritatem exprimere poſſet reſpiciebat. itaqꝫ ſi ꝑ uerba inornata atqꝫ imꝓpria ueritatẽ tñ q̃ doctus erat ubiqꝫ expreſſerit: cauillationẽ atqꝫ friuolã horũ reſpõſionẽ aretinus hic cõfutare ĩtẽdit. & diuiditur hec ꝑs ĩ duas partes. ĩ prĩa ponit illorũ dictũ in ſecũda incipit illud excludere. ſecũda ibi ſed equidẽ nõ puto. dicit primo atqꝫ fieri poteſt ut in phĩa doctus fuerit. ille. ſ. ĩterpres. aliqui uero codices habẽt atqꝫ alii atqui. in quo ut puto nõ differt & poteſt hec littera legi interrogatiẽ. & tũc magis cõueniret atqꝫ q̃ atq. poteſt etiã ſine interrogatione dici. & tũc tam atqꝫ q̃m atqui cõueniet. Sed equidẽ. hec eſt ſecunda pars in qua illud dictũ refellit. & diuiditur hec pars in tres partes. in prima premittit intentũ. in ſecũda ponit ipſius rõnem. in tertia rõnis cõfirmationẽ. ſecũda ibi cum uideã. tertia ibi quid enĩ tritius. dicit primo ſed equidẽ nõ puto ꝙ ille in phĩa doctus fuerit. hec eſt argumẽtatiõis ꝓpoſitio cuius rõnem ponit ibi cum uideam. dicẽs cũ ego uideã ipm interpretẽ res quoqꝫ ſimul cũ noĩbus cõfundentẽ. i. confuſe & indiſtinte proferentẽ itaqꝫ hac ratione uidetur illũ nõ eſſe doctũ in phĩa quia uidemus ꝙ nõ ſolũ noĩa: ſed etiã res cum noĩbus indiſtinte proferebat. quod tamen nuſq̃ faceret ſi in phĩa doctus fuerit. qui enĩ diſtinte intelligit: diſtinte loquitur. itaqꝫ pro rebus diuerſis diuerſa etiã ſi impropria ponit uocabula. cuius cõtrarium in locis nõ paucis fecerit ille interpres. ſepe enĩ pro rebus diuerſis eodẽ indiſtinte ut iam patebit noĩe utebatur. Quid enĩ tritius. hec eſt rationis confirmatio. in qua aretinus procedit ſillogiſtice. ponit enĩ primo maiorẽ atqꝫ eius probationẽ. ſecũdo ponit minorem ibi enimuero hic. probatur igitur ꝙ ille interpres res ſimul cum nominibus confuderit. quid enim tritius. i. manifeſtios apud eos qui de moribus ſcribunt q̃m honeſti uocabulum? quaſi dicat fere nihil eſt tritius. hec igitur eſt prima ſillogiſmi propoſitio. quã trifariã probat dicẽs cum & ſtoici (quorũ ſeneca maxime ĩter latinos iminet idest excellit) collocarint in honeſtate fines bonorũ. i. finalia & bonorũ ultĩa eſt enĩ

uus iocũdus ẽ. Hec oĩa probata ſunt uerba & ab optimis autoribꝰ freq̃ntata & uidetis copiam lingue nr̃e. Supabũdãtia inq̃t homologia hec ꝓprie ẽ ſcurrilitas apud nr̃os uerbũ item optimũ ẽ & q illã hẽt ſcurra. Qui ãt defficit ĩ q̃t agricos qs hic ꝓprie ẽ ruſticꝰ & habitꝰ ipẽ ruſticitas ut ſic q mediocritatẽ ĩ iocãdo ſeruat urbanꝰ ſiue comis Qui oĩno deficit & abhorret ruſticꝰ Qui ita iocoſus ẽ ut modũ excedat ſcurra Nũ hec latine poſſe dici uidenť Vtꝝ ergo ĩ lingua defectꝰ ẽ uel ĩ ipõ. Atq fieri poteſt ut ille ĩ phĩa doctꝰ fuerit. Sed q̃dẽ non puto cũ uideã ipm res quoqꝫ cũ noĩbꝰ cõfũdẽtẽ. Quid eĩ triciꝰ apď eos q de moribꝰ ſcribũt q̃ honeſti uocabulũ Cũ & ſtoici quoꝝ Seneca maxĩe ĩter nr̃os ĩminet fines bonoꝝ ĩ honeſtate collocarũt Et freq̃ntiſſime diſceptetur nũ utile ab honeſto ſepari q̃at & oĩs uirtutis

ſtoicorũ ſentẽtia ꝙ felicitas que supremũ ſũmum maximũ horum finis dicitur in honeſtate conſiſtat. hec eſt igitur una probatio. ſecũdam ſubdit ibi & frequentiſſime dicens patet etiam ꝙ nihil ſit tritius q̃m honeſti uocabulũ cum freq̃ntiſſime diſcetetur idest diſputetur (preſertim a tullio) num. i. nunquid utile ab honeſto ſeparari queat: idest poſſit. huic ſubiungit tertiã probationẽ. dicẽs eſt quoqꝫ illud manifeſtũ cum nos dicamus oĩs actiones uirtutis contine honeſto hoc eſt in re uel genere honeſti. patet igitur ex his nihil fere eſſe tritius q̃ honeſti uocabulũ. per quod nõ modicũ exagerať culpa illius; qui circa tale errauerit. errare enĩ in his que ſũt maxime & plurimũ omibus nota nõ parua erit culpa. Enĩuero hic pro honeſto. hic ponitur minor ſiue aſũtio cũ eius quoqꝫ probatione. ibi nam etſi omne. dicit primo enĩuero. i. certe hic. ſ. interpres ille ãtiquus expreſſit ſemper latine. i. cõuertit ſemꝑ in latinũ bonũ pro honeſto ubiqꝫ poſito ab ariſtotele grece. i. in greco. per abſurde quidem. i. certe ualde abſurde. hec eſt igitur aſſuntio cõfirmationis. quã multifariã probat. & facit duo. prĩo facit quod dictum eſt ſecũdo refellit cauillationẽ quãdam. ſecũda ibi hec ut apud latinos. prĩo igitur ſumitur hec probatio a ſimili. circa qď dicit per abſurde quidem diximus id feciſſe antiquũ interpretẽ. nam etſi idest q̃uis oĩe honeſtũ bonũ ſit: tamẽ aliter idest alio noĩe de honeſto & alio de bono loquimur. quod patet a ſimili. ſicut etiã aliter de animali & aliter de ſubſtãtia loquimur. i. alio & alio noĩe q̃uis oĩe animal ſubſtãtia ſit. itaqꝫ ſicut ſubſtãtia ſuperius eſt & magis cõmune q̃ animal: ſic bonũ ſe habet ad honeſtũ. cũ tria ſint bona honeſtũ utile & delectabile. nõ erit parua quipe cõfuſio ſi magis & minus cõmune eodẽ atqꝫ uno appellẽtur nomine. Qď ſi quia oĩe. ſecũdã ponit ad hoc ꝓbationẽ deducẽdo ad pleraqꝫ incõuenientia. dicẽs qď. i. ſed ſi q̃a oĩe honeſtũ bonũ ſit: ꝓpterea bonũ interp̃tari licebit. i. interpretãdo cõuertere: pro utili quoqꝫ ubicũqꝫ in greco poſitũ ſit bonũ dicemus. & hoc pro tãto quia ſicut oĩe honeſtũ bonũ eſt & ſub eo tanq̃ minus cõmune cõtinetur: ſic etiã & utile oĩe bonũ eſt. & ſub eo quoqꝫ tanq̃ minus cõmune cõtinetur. & hoc ſaltẽ ſecũdũ ꝑipateticorũ ſẽtentiã. quorũ pricipis expoſitionẽ efficere pergimus. & ſi illud detur. ſ. ꝙ pro utili quoqꝫ bonũ dicamus: ita. i. ſic dicẽdo tria maxima. ſ. bonũ utile & honeſtũ in unũ confũdemus. i. confuſe atqꝫ indiſtinte dicemus. quod incõueniẽs erit peſſimũ atqꝫ deterrimũ. ex quo pleraqꝫ alia ſequẽtur. quorũ unum erit id quod ſubdit dicens & cum utile ab honeſto nene idest nũquid ſeparari poſſit querere uolemus: ſic proponetur queſtio nũquid bonum a bono ſeparari queat idest poſſit. q̃ntum hoc fuerit incõueniens quiſqꝫ uidere poteſt. aliam ſubiungit probationem. Et ſtoici. dicẽs & ſtoici ſi beatam uitam dicerent eſſe poſitam in bono: nullus negaret. at in honeſto poſitam epicuri negant in bono aũt concedunt quod bonũ in quo conſiſtit beatitudo ipſi epicuri uoluptatem appellant. & ponitur hic ab aretino. et. complectiue aut repletiue. nõ enim neceſſitatis cauſa ibi ponitur. patet igitur ex his ꝙ alio et alio nomine honeſtum & bonum interpretanda fuerint. & in fine inuehit interrogatiue cõdenando illum interpretẽ dicens iſto igitur modo interpretari utrum tãdem cõuertere eſt ariſtotelis dicta an peruertere? quaſi dicat patet ex his ꝙ ſit potius peruertere quã

actiones honeſto contineri dicamꝰ. Enĩ uero hic ꝓ honeſto grece ab Ariſtotele ubiqꝫ poſito ſemꝑ latine bonũ expreſſit Per abſurde q̃dem Nam & ſi omne honeſtũ eſt bonũ tñ aliter de honeſto aliter de bono loq̃mur Vt etiã aliter de aĩali & aliter de ſubſtãtia q̃uis omne animal ſubſtãtia ſit. Qď ſi q̃a oĩe honeſtũ ſit bonũ ꝓpterea bonũ interp̃tari licebit ꝓ utili quoqꝫ ubicũqꝫ poſitũ fuerit bonũ dicemꝰ Ita tria maxima q̃ in phĩa uerſãtur bonũ utile & honeſtũ in unũ cõfũdemꝰ Et cũ utile ab honeſto ſepari poſſit nec ne q̃rere uolemꝰ ſic ꝓponeť Nũquid a bono bonũ ſepari q̃at. Et ſtoici ſi beatã uitã in bono poſitã eẽ dicerent nullus negaret at inhoneſto poſitam epicurei negãt in bono aũt cõcedũt q̃a & ipĩ bonũ appellant uoluptatẽ Iſto igitur modo interp̃tari utrũ tandẽ conuertere eſt Ariſtotelis dicta an



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

cōuertere.quo d iterū ſic patet bono quidē contrariū eſt malum honeſto autem turpe quaſi dicat ſi aliud eſt quod bono contrariatur aliud uero quo honeſto contrariatur: bonū & honeſtum erunt inter ſe diſtinta nominibuſq; diuerſis appellanda. alioquin eorū cōtraria nō eſſent diuerſa. Hec ut apud latinos. in qua quorūdam ad ſupradictam rōnem tacitā cauillationē excludit. poſſet enī aliquis ad illā rationē dicere ꝙ illa ſcilicet bonū & honeſtū apud grecos nō erant diſtintis nomībus ſcripta: ſed uno atq; eodē noīe. & hec diceret fuit cauſa huius latine cōfuſioīs. hanc cauillationē aretinus excludēs: dicit hec ſcilicet honeſtū & bonū ut ideſt ſicut apud latinos ſunt diſtinta uocabulis: ſic etiā apud grecos. que. i. circa que uocabula ſi ille interpres quicq̃ intelligeret: nunq̃ confudiſſet.

peruertere Bono quidē cōtrarium eſt malū honeſto autē turpe. Hec ut apud latinos uocabulis diſtincta ſūt ſic etiā apud grecos Que ille ſi modo quicq̃ intelligeret nunq̃ cōfūdiſſet

Dicā & de alio errato q̃q̃ infinita pene ſunt at duo uel tria oſtendiſſe ſat erit preſertim in maximis & pondus habētibus. Nulla fere maior contentio in phīa fuit q̃ de uoluptate & dolore Cum alii eudoxum & ariſtipū ſecuti i uoluptate ponere ſūmum bonū nō dubitarint ſūmūq; in dolore malū alii cōtra nō modo ſūmū bonū nō eſſe uoluptatē uerū etiā abiectū q̄dā & prauū Oēs tn̄ res q̄s gerim⁹ dolore & uoluptate tanq̃ gubernacl'is q̄buſdā regi fatebāt

Hec igit̄ duo circa q̄ oīs de morib⁹ uertit̄ diſciplina & que omēs nr̄i qui de phīa unquā ſcripſerūt uoluptatē & dolorem appellāt. Iſte

[Dic]am & de alio errato. hic aretinus ponit ſecundū interpretis antiqui errorem. & ut ſupra tangebatur poſſet hec ꝑs dici argumētatiouis exornatio. ſufficerēt enim que dicta ſūt ad cōfirmationē eorū que infirma uidebātur: ad maiorē tamē abūdantiā ſuperadūtur: ad maiorē tamē abūdantiā ſuperadunt ab aretino quedā alie probationes que ut iam dicebatur erūt quattuor. & diuidit̄ hec pars in tres partes in prima premittit intētum. in ſecūda proſequitur. in tertia tacitā cauillationē excludit. ſecūda ibi nulla fere maior tertia ibi ſed quero nō iā. dicit primo dicā & de alio errato illius interpretis: q̄mq̄ infinita pene. i. fere ſint illius errata de q̄bus poſſet dici. at duo uel tria oſtendiſſe ſat erit. preſertim in maximis ac pondus habentibus quod eſſe dictū intellige per metaphorā. illa quidē principia ex quibus alia quā plura dependent: metaphorice dicuntur plena ſolida ponderoſa atq; grauie. ſicut leuia etiā dicūtur que in ſe pauca continēt: ſic dicta ad ſimilitudinē corporis leuis. leuitas quidem in corporibus plurimū ex inanitione & uacuitate prouenit. que enī in ſe plena ſunt multaq; continētia grauia & ponderoſa ſūt. itaq; ſignificat aretinus per illa uerba illa in quibus reprehēdit antiquū interpretē eſſe talia ex quibus pleraq; alia dependēt. Nulla fere maior cōtentio. in qua intētū proſeqtur. & prīo tāgit rē circa q̄m ille interpres errauerit. ſecūdo ponit illius erratū. tertio oſtēdit illud eſſe erratū. ſecunda ibi hec igitur duo. tertia ibi primū quero q̄ cauſa. dicit ergo nulla fere maior cōtētio in phīa fuit q̄m de uoluptate & dolore. cū alii eudoxū & areſtipū ſecuti: non dubitauerint ponere ſūmū bonū in uoluptate. & ſūmū malū in dolore. alii cōtra. i. contrariū dicūt & tenēt. nō modo. i. nō ſolūmodo dicūt uoluptatē nō eē ſūmū bonū: uerū ꝑ ſed abiectū quidā & prauū dicunt eſſe uoluptatem. omnes tamen philoſophi fatebantur res quas gerimus regi uoluptate & dolore tanquam quibuſdam gubernaculis. ita ꝙ ſi circa uoluptatem & dolorem fuerit erratū: exageratur profecto talis error ꝑ hec duo ꝙ phorum circa ipa fuerit maxima controuerſia. at per hoc ꝙ res humane uoluptate & dolore gubernantur. qnod uero dixit gubernaculis quibuſdam per metaphoram dictum eſt. quod in ſequēti paragrapho exponetur. Hec igitur. hic ponit illud errratum procedens querendo & reſpondendo ſecundū colorem ratiocinatioīs dicēs hec igitur duo. ſ. uoluptatē & dolorē circa q̄ oīs demoribus uertit̄ diſciplina & q̄ duo om̄s noſtri latini qui de phīa unquā ideſt aliquando ſcripſerunt uoluptatem & dolorem appellant iſte interpres quemadmodum ideſt qualiter interpretatus eſt: ad hanc queſtionē aretinus reſpondēs: dicit ſic interpretatus eſt illa duo quaſi nūc primū naſceretur. & quaſi ne quicq̄m unquā legiſſet: pro uoluptate delectationē pro dolore autem triſtitiā poſuit. hoc igitur eſt illius erratū ꝙ uoluptatē & dolorē delectationē & triſtitiā appellauerit. & addidit ibi aretinus quā plura ad augendū magiſq; aperte oſtēdum illius deffectū. errare enī in noībus rerū circa quas omīs de moribus uertitur diſciplina & aliter q̄m noſtri eas nominare atq; in talibus ſequi pueros & eos qui ad pauca reſpexere: grauis error oſtēditur. pro maiori horū intellectu eſt aduertēdum ꝙ oīs de moribus diſciplina uertitur circa animi affectiones. & preſertim uoluptatē & dolorē. itaq; materia principalis ſciētie ciuilis ſūt animi affectioēs & potiſſimū uoluptas & dolor. quod in locis pleriſq; preſertim in libro ſecundo plane poſuit dicēs ꝙ totum negotiū uirtutis & ciuilis ſciētie eſt circa uoluptates & dolores. & prout ex eodē loco patet finis ciuilis ſciētie ē animi affectiones regulare. & hinc agibilium ſciētia eſt dicta. ea igitur de cauſa dictū eſt ab aretino circa q̄ omnis de moribus uertitur diſciplina. itē eſt aduertēdū ꝙ ut placet ariſtoteli atq; rationi homines ut plurimū ſecūtur ſibi iocūda fugiūt aūt doloroſa itaq; talis quiſq; eſt: qualia ſunt quibus dolet atq; oblectatur. & ꝑpter hoc uoluptas & dolor dicta ſūt uite humane gubernacula. ſicut enī gubernaculis nauis agitatur atq; regitur: ſic uite humane operationes uoluptate & dolore ferūtur. Primū quero. in qua oſtēdit illud eſſe erratū. & procedit ut ſupra per uiā rōcinatioīs dicēs primū quero que cauſa fuerit recedēdi ab uſu. i. cōſuetudine loquēdi ciceronis ſenece boetii latātii hieronymi & aliorū noſtrorū latinorum: ad hanc queſtionē reſpōdet ipe idē aretinus id quod ille reſpōdere poſſet: dicēs reſpōdebit credo ille interpres (ſi uera fateri uolet) ſe iſtos nunq̃ legiſſe. delectatioīs aūt & triſtitie uerba e uulgo ſūpſiſſe. hec igitur eſſet illius reſpōſio. quā leonardus refellēs ait at enī. i. certe hos prenominatos preſtātes. i. excellētes uiros legiſſe opportuit. nam uulgus quidē haud quaq̄m. i. nequaq̄m eſt probatus loquēdi magiſter. itaq; error in hoc cōſiſtit ꝙ ille debuit imitari uiros probatos in lingua latina nō aūt uulgus imperitū. quod uero dixit aretinus primū ad ſequentē litterā refertur. querit enī aretinus primo ab ipo eodē interprete. ſecūdo querit ab his quos illū deffēdere credit. & eſt hic aduertēdum ꝙ lingua latina quātū ad orthographiā aliaſq; grāmatice partes i locis nō paucis ex lingua uulgari a nōnullis etiā peritis corrūpitur. quod i noſtra hiſpania frequēter fieri uidemus. quod ut id planius fiat paucis exēplis aperiā. qđ latina lingua dicit nemus hiſpanica appellat mōte. & qđ illa nūcupat oppidū aut municipium hec dicit uilla. quo fit ut hiſpani nōnulli cū uolūt hec in latinū traducere: nemora dicūt mōtes. & oppida ſiue municipia uillas appellāt. credūt & male ꝙ hec apud latinos & hiſpanos idem dicāt. item lingua latina puniētes dicit accipere penas qui uero puniūtur penas dare dicuntur. hiſpanica aūt lingua contrariū dicit. unde hiſpani qui nō uidere intima lingue latine quādo id in latinū uertere putāt: potius barbarice dicūt iudices dediſſe malefecis grauiſſimas penas. infinita huiuſmodi ſūt que niſi hec pauca ſufficerēt. in exēplum deducerē. eodēq; modo eſſe cenſeo in ceteris linguis. nulla eſt itaq; lingua que nō habeat uoces modoſq; ꝓprios loquēdi. que ſi ad aliam linguam ſic ut iacēt traduxeris: impropria & inepta fiūt atq; fere itellegibilia (prout mihi quidē uidetur prudētia eorū qui unā in aliā linguā traducūt in hoc conſiſtit ut qđquid in una proprie dicitur: in alia quoq; proprie & apte dicatur ſecūdū uoces & modos eiuſdē lingue. hec a nobis hic adita ſūt propter aretini uerbū delectationis autē & triſtitie uerba e uulgo ſūpſiſſe. quod ſine dubio credēdum eſt. cum enim illa a latinis probatis nō ſūpſerit: a uulgari britonica qua magis quam latina doctus fuerat id

queādmodmu interpretatus eſt quaſi nūc primo naſceretur: nec quicq̃ unq̃ legiſſet pro uoluptate delectationē poſuit pro dolore autem triſtitiā. Primū quero q̄ cauſa fuit ab uſu loquēdi Senece. Ci. Boetii Lactantii. Hieronimi & aliorū nr̄orum recedēdi. Reſpōdebit credo ſi uera fateri uolet: nunq̃ ſe iſtos legiſſe delectatioīs aūt & triſtitie uerba e uulgo ſūpſiſſe At enī hos preſtātes uiros legiſſe oportuit. Nā uulgus quidē haud quāq̄m probat⁹ eſt lo



Universidad de Salamanca. BGH

quẽdi magiſter. Sed quero nõ iam ab eo ſed his quos illũ defenſuros eſſe reor. que nam cauſa fuerit uetus ac probatũ uerbũ relinquẽdi querẽdi nouũ. Verũ dicent delectationẽ idem eſſe quod uoluptatẽ an uoluptatẽ nõ illud deſignare quod ydoni greci dicũt. Primũ ut idẽ ualeat delectatio & uoluptas: Nõ fuit tamẽ cauſa a conſuetudine ueterũ: preſertim excellen

acceperit. in quo quãtũ ille errauerit notũ eſt etiã pueris. ſic etiã traducere nõ erat facere greca latina: ſed britonica aut potius barbara. ſi igitur in latinũ uoluit greca traducere: ea debuit accipe noĩa q̃ apud latinos preſertim probatos uſitata erant.

Ed quero nõ iam ab eo. hic intẽdit excludere tacitã obtrectatiũ cauillationẽ. & primo ipſam proponit. ſecũdo eam excludit. ſecũda ibi primũ ut idem. & procedit hic aretinus ſecundũ eum colorẽ qui a tullio dicitur ſubiectio. dicit ergo prio ſed quero nõ iam ab eo: ſed ab his quos illũ defenſuros reor que nam cauſa fuerit uetus ac probatũ uerbũ relinquẽdi & querendi nouũ. utrũ dicẽt delectatione idem eſſe qđ uoluptatẽ an uoluptatẽ nõ illud deſignare qđ greci hidogni dicunt. hec eſt igitur obtrectantiũ cauillatio. itaq; ad illã rõnem poſſẽt aliqui obtrectatores bifariã dicere; primo ꝙ delectatio & uoluptas idẽ ſignificant. & ſic non differt ꝙ hoc uel illud ponat pro hidogni greco uocabulo alii forte dicerent ꝙ uoluptas nõ ſignificat latine rem illã quã greci hidogni dicũt ſed dicerẽt magis illud ſignificar delectatio quã uoluptas. utrannis harũ cauillationũ aretinus refellit. ſecundã ibi eẽ aũt uoluptatẽ. ad primã dicit bifariã. ſecunda ibi deinde totum hoc erroneũ eſt. prio igitur excludit illã cauillationẽ cõcedendo qđ aduerſarii dicunt. dicens primũ ut idem ualeat ideſt primo ſic ad illã cauillationẽ dicimus ſupponatur ꝙ idẽ ualeat delectatio & uoluptas ut aduerſarii dicũt nõ tamẽ fuit ideſt eſſe potuit hoc cauſa ſufficiens abeundi ideſt recedẽdi a cõſuetudine ueterũ preſertim excellentiſſimorũ. hoc eſt aretini dictum ꝙ licet illa idem ſignificarẽt: debuit dici uoluptas & nõ delectatio. cum illud ſit uſitatũ apud latinos preſertim excellẽtiſſimos hoc uero nequaq̃m. eſt quidẽ hec aretini ſentẽtia ſumopere cõmendãda aduerſus eos qui illud miſerorũ uerbũ in ore habẽtes: dicũt dum nobis conſtat de re: nõ multũ de uerbis curandũ eſt. ſi dictũ iſtorũ omnino locũ haberet: infinita inde ſequerẽtur incõuenientia. hac enim ratione alii dicere poſſent ꝙ loco illius uerbi hidogni potuit poni aliud arabicũ ebraicũ galicũ italicũ aut hiſpanicũ quod idẽ ualeret quod idogni. hoc tamẽ ridiculũ eſt quoniã tũc nõ eſſet greca latina facere ſed aribica ebraica galica italica aut hiſpanica oportet igitur ſi una in aliã traducatur linguã: eius lingue in quã alia cõuertitur ꝓpria & ĩ ea uſitata accipere uocabula. talia aũt ſũt illa que apud uiros probatos in ea lingua ſũt uſitata. quod ut magis fiat planũ noſtris hiſpanis: in ipa eadẽ lingua hiſpanica exẽpla ſubiciã. eſt quidẽ notũ iſta idẽ ſignificare apud hiſpanos tabla & tabra. blanca & brãca. matarõlo & matorõlo. pormiſe & mieſe. item lado & llado. no & gno. enel cuerpo et egnicuerpo. infinita alia huiuſmodi ſunt quorũ illa quidẽ urbana & liberalia hec uero ruſtica ac ſeruilia apud hiſpanos in ea lingua probatos ſũt reputata. cauſa tamẽ alia nulla eſt: niſi quia illa a uiris probatis in lingua hiſpanica ſũt uſitata hec uero nequaq̃m. eſt enĩ in unaquaq; lingua de nominibus. quod de indumẽtis & huiuſmodi q̃ ex uſu uirorũ approbatorũ modũ & honeſtatẽ in ſe recipiũt. iuxta illud oracii multa renaſcẽtur que iam periere cadentq; noua que nũc ſũt in honore uocabula ſi uolet uſus. cõtra eos apperte loquẽs qui ad rationes ſophiſticas fugientes in grãmatica penitus nihil ſcientes eiuſq; originẽ omnino ignorãtes: ſe philoſophos dicere nõ uerẽtur at tanta eſt horũ ruditas ac temeritas ut dicãt priſcianũ erraſſe aut ſaltẽ in hoc deffeciſſe ꝙ grãmaticã fere totã auctoritate & aliorũ uſu nõ autẽ ratione probarit. quorũ inſipientia eſt plus q̃m manifeſta cũ ibi rationẽ petãt ubi nulla fere alia preter uirorum probatorum uſum eſt exigenda. redeundo igitur ad propoſitum: dicamus ꝙ etiã ſi uoluptas & delectatio idem dicerent: uoluptas & nõ delectatio fuerit dicendum. cũ illud apud uiros probatos in lingua latina ſit uſitatum hoc uero minime. Deinde hec totum. hic ponit ſecundam reſponſionem ad illam ineptam cauillationem. eſt ita ꝙ aretini per interentionem hec reſponſio. negat enim ꝙ idem dicat uoluptas & delectatio. quod bifariam probat ſecunda ibi inſuper ut mihi quidem. dicit ergo deinde ideſt item totum hoc ſcilicet ꝙ idem ſit uoluptas & delectatio erroneum ẽ ideſt falſum eſt. itaq; nõ eſt idem delectatio & uoluptas. hec eſt rationis inſtitutum. quod ab aretino ſic probatur triſtitia nõ eſt dolor: igitur nec delectatio erit uoluptas. conſequẽtia probatur per hoc ꝙ ex contrariis contraria noſcũtur. antecedens quoq; probatur per hoc ꝙ triſtitia nõ dolorem: ſed grauitatem & ſeueritatem ſignificat. hoc ẽ igitur ꝙ aretinus dicit nec eſt idem delectatio & uoluptas. ſi modo cõtraria ex cõtrariis noſcuntur. illud modo tenetur replectiue. ſubiungit antecedentis probationem. dicens tiſtitiam enim ideſt certe quod ille contrarium ideſt quam ille interpres contrariam eſſe uult delectationi: non dolorem ſed grauitatem & ſeueritatem ſignificat que ſũt fere contraria illaritati. itaq; triſtitiam uultus diſpoſitionem dicimus & iudicem triſtẽ ideſt ſeuerum & grauẽ. quod aretinus exemplo ex cicerone ſunto confirmat dicẽs & in lelio ilaritas fuiſſe peribetur. in cipione uero eius familiari uita peribetur triſtis ambitio honorũ maior. ex his concludit aretinus dicẽs cum ergo triſtitia nõ ſit dolor: nec delectatio certe erit uoluptas. Inſuper ut. hic ſecundo probat idem dicẽs delectatio ut mihi quidẽ uidetur extrinſicũ quidã eſt uoluptas aũt intrinſicum quod probãs ait delectant eim magnifici aparatus delectãt ſoni & cantus delectat hiſtrio dũ fabulas agit. i. recitat. hec omĩa ab extra proueniunt. quod exẽplo declarans: ait ut igitur itus ſagitte nõ eſt ipe dolor ſed dolorem mouet ideſt cauſat: ſic delectatio iſtarũ rerũ ab extra profeciſcens nõ eſt ipſa uoluptas ſed effecit uoluptatẽ. hec aretini ratio in hoc uidetur tẽdere ꝙ triſticia exteriorẽ dolor uero interiorẽ dicat diſpoſitionẽ. eodẽq; modo ſe habeãt delectatio & uoluptas. Eſſe aũt uoluptatẽ latine. hic ſecundũ mẽbrũ cauillationis prefacte excludens: primo intentũ premittit. ſecũdo illud probat ibi quo magis. ſicut igitur iam dicebatur aliqui forte dicerent ꝙ delectatio ſignãt latine qđ grece hidogni nõ autẽ uoluptas. auerſus quos aretinus inquit eſſe autẽ uoluptatẽ latine quod hidogni greci uocant nullus uel ideſt ſaltẽ mediocriter doctus ignorat. hoc eſt aretini inſtitutũ. & uidetur tangere colorẽ illũ correctiõis. cum enĩ diceret nullus ignorat: id in meliorẽ ſententiã mutauit dicẽs nullus ſaltẽ mediocriter doctus. Quo magis. hic probat id ciceronis auctoritate. & in principio utitur aretinus occupationis colore. cum id dicat ſe nõ dicere quod maxime dicit. itaq; uerbo faceto & colorato illum interpretem dicit ignorantem. inquit igitur eſt quo ideſt per quod magis admirari cogor in hoc interprete tantam ruditatem ne dicam ignorantiam fuiſſe: cum tullius in libris de finibus bonorum & malorum ita ſcribit qđ greci uocant idogni nos appellamus uoluptatem. & ſepe querimus uerbum latinum par greco & idem ualeat. hic nihil fuit quod queremus. ideſt nulla fuit cauſa propter quam hic aliud uerbũ q̃

tiſſimorũ abeundi. Deinde hoc totum erroneum eſt. Nec eſt idem uoluptas & delectatio ſi modo cõtraria ex cõtrariis noſcũtur. Triſticia enĩ qđ ille contrariũ delectationi eſſe uult nõ dolorem ſed grauitatẽ: & ſeueritatẽ ſignificat que ſũt fere cõtraria hilaritati: itaq; triſtitiam uultus dicimus & iudicẽ triſtẽ. i. ſeuerum & grauẽ. Et in lelio ilaritas fuiſſe peribetur: ĩ Sci. autẽ uita triſtior ambitio maior Cũ ergo triſtitia nõ ſit dolor: nec delectatio: certe erit uoluptas. Inſuper delectatio ut quidem mihi uidetut extrinſecum quidã eſt: uoluptas aũt ĩtrinſecũ delectãt enĩ magnifici apparatus delectãt ſoni & cantus delectat hiſtrio dũ fabulas agit hec oĩa ab extra proueniũt. Vt igitur ictus ſagitte nõ eſt quidẽ ipe dolor: ſed dolorẽ mouet: ſic delectatio iſtarũ rerũ ab extra proficiſcens nõ eſt ipa uoluptas: ſed efficit uoluptatẽ. Eſſe aũt uoluptatẽ latine idem qđ greci ydoni uocãt & ſic interpretari oportere nullꝰ uel mediocriter doctꝰ ignorat. Quo magis admirari cogor in hoc tantã ruditatẽ: ne dicã ignorantiã fuiſſe Tullius in libro de finibus



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

reremus.nullũ eĩ aliud inueniri poteſt quod magis idem declaret latine quod grece quã declarat uoluptas.hec tullius dicit.cuius uerba ni ideſt niſi fallor oſtendũt & uoluptatem dici opportete & delectationem nõ opportere.& in fine aretinus inuehens in illũ interp̃tem:poſt cõfirmationem prefactã interrogat dicens an igitur hũc ducẽ in ſcopulis ſequar quẽ in plano oſtendentẽ ideſt ceſpicantẽ turpiter & labẽtẽ aſpicio? quaſi dicat patet ex antedictis ꝙ nõ oportet imitari illũ interpretem.imo oportet aliter uicere & ab eo in multis deuiare.cuius rõnem replicat dicens ut nec honeſtũ dicere ſciat nec uoluptatẽ & dolorẽ intelligat.itaq; illa dictio ut tenetur hic cauſatiue.qđ uero dixit in ſcopulis:dictũ eſt per metaphorã.ſũt enĩ ſcopuli montiũ ſũmitates difficiles habentes aditus ad quorũ ſimilitudinẽ oſcura & difficilia ſcopuli dicta ſunt.& p ea uerba que hic ponit aretinus maxime exageratur illius deffectus. eſt enĩ deffectus maximus in rebus planis defficere.qđ ille in locis nõ paucis feciſſe apte uidetur.

Nſuper cũ aliud ſit eligere.hic ponit tertiũ erratũ illius interpretis.& deprehẽdit hoc erratũ penes ea uerba eligere & expetere que ab eo interp̃te confuſe & diſtinte ſũmũtur. & arguit aretinus ſic aliud ẽ eligere aliud expetere ſed ea uerba iſte ita confundit ut pro uerbo expetere eligere dicat expetere aũt nunq̃ dicat igitur eum erraſſe nõ eſt dubiũ.in hac ratione aretinus procedit ſic primo probat maiorẽ.ſecũdo ponit minorẽ ibi ea iſte.dicit igitur cum aliud ſit eligere aliud expetere hoc quadrifariã probat primo dicẽs quoniã in eligẽdo cõſultationẽ & deliberationẽ premittimus nõ aũt in expetendo.itẽ expetimus ſemp bonum eligimus aũt nõ nunq̃ ideſt aliquãdo minus malũ.tertiã ſubdit probationẽ dicẽs idq; ariſtoteles accurate diffiniat & in loquẽdo plurimũ caueat. intellige in lingua

bonoꝝ & malorũ ita ſcribit quod greci ydoni uocãt nos appellam⁹ uoluptatẽ & ſepe uerbũ latinũ querimus par greco & qđ idem ualeat. Hic nihil fuit qđ queram⁹.Nullũ enĩ inueniri poteſt qđ magis idẽ declaret latine qđ grece declarat uoluptas.Hec tullius cuius niſi fallor uerba oſtendũt & uoluptatẽ dici oportere & delectationẽ nõ oportere an igitur hunc ducẽ in ſcopulis ſequar quẽ in plano offendentẽ turpiter & labentẽ aſpicio ut nec honeſtũ dicere ſciat:nec uoluptatẽ: & dolorẽ intelligat.

Inſuper cũ aliud ſit eligere aliud expetere quoniã in eligẽdo conſultationẽ:& deliberationẽ premittim⁹ nõ in expetẽdo & expetimus ſemp bonũ eligim⁹ nõnunq̃ min⁹ malũ. Idq; ariſtoteles accurate diffiniat:& ĩ loq̃ndo plurimũ caueat nr̃iq; etiã nõ minori cura hãc diſtintione & cautelã ſequũtur.ea iſte uerba in quibus ad claritatẽ & uĩ doctrine uĩ plurimũ refert.ita cõfundit ut pro uerbo expetere ubicũq; in greco poſitũ eſt eligere dicat.expetere ãt nunq̃ dicat:quo facto tota pene doctria cõfun

greca.itaq; ariſtoteles aliã ponit diffinitionẽ electioĩs aliã expetẽdi.& in loquẽdo maxime caueat ne unũ pro alio ponat ꝙ ea uerba nõ confũdit.quartã probationẽ ſubdit dicens noſtriq; etiã hãc diſtintionẽ & cautellã nõ minori cura q̃ ariſtoteles ſequãtur: ideſt illorũ uerborũ diſtintionẽ caute & prudenter ſequũtur.& ſubdit ea uerba ſcilicet eligere & expetere in quibus ad claritatẽ & uim doctrĩe plurimũ refert.i.differ iſte interpres ita cõfundit ut pro uerbo expetere eligere dicat expetere aut nunq̃ dicat quo facto:tota pene.i.fere doctrina cõfunditur.qđ uero dixit ĩ quibus ad claritatẽ & uim doctrĩe:dictũ eſt ut magis illũ erraſſe oſtẽdatur.itẽ aduertendũ ꝙ littera hec legi debet per patentheſim ab ea parte excluſiue expetere uſq; ad illã incluſiue ea iſta uerba.itaq; oẽs ille quattuor rõnes interponũtur.ſi enim littera cõtinue legatur:ſic ordinãda eſſet:inſup cũ aliud ſit eligere aliud expetere:ea iſte uerba ĩ quibus ad claritatẽ & uim doctrine plurimũ refert ita cõfundit ut pro uerbo expetere eligere dicat expetere eũt nunq̃ dicat quo facto:tota pene doctrina cõfunditur.aliud: inq̃m eſt eligere aliud expetere quoniã in eligẽdo cõſultationem & deliberationẽ premittimus nõ in expetendo & cetera. Quid dicã.hic ponit quartũ illius erratũ.& procedit dubitando dicens quid dicã de extremis & mediis in quibus ariſtoteles uirtutes & uicia collocauit & ſingula ſcrutari nixus eſt? quaſi dicat infinita ſunt que dici poſſent.& hoc eſt hic inſtitutũ.itaq; eſt aretini propoſitũ ꝙ illius interpretis ſũt infinita errata circa extrema & media. quod uero dixit in quibus uirtutes & uicia collocauit: intellige uirtutes ſub mediis cõtineri uicia uero ſub extremis.per hoc etiã plurimũ error ille exageratur.eſt enĩ plus quã maximus error in ſcientia de moribus circa media & extrema errare. Quã hic inermis.hic oſtendit propoſitũ.ſ.quod ille circa media & extrema plurimũ errauerit.& arguit ſic interpretẽ relinquere media & extrema ſic ut iam in greco aut ea latine improprie & inepte exprimere eſt grauiter errare.ſed hoc modo fecit ille interpres.igiť grauiter errauit. aretinus ſolũ ponit huius rõnis minorem dicẽs quã hic inermis & rudis.i.ualde inermis & ualde rudis pauca poſuit de noſtris.i.pauca ĩ latinũ cõuertit.& hec ip̃a inepta ideſt impropria reliqua ut ſũt ĩ greco dimittit.taliter ut qui illa legũt nihil plus adipiſcantur quã ſi nihil legiſſent.quod nr̃is tẽporibus penes nõ paucos fieri uidimus.quod uero dixit inermis:dictũ eſt ab aretino eo ꝙ ille nõ poteſt ad ſibi obiecta qc quã reſpõdere. itaq; inermis dictus eſt quaſi arma nõ habeat quibus ſe defendat.rudis uero pro tanto dicitur qa nõ ſolũ in arduis uerũ in planis ut ex dictis patet errauerit. Preterea cũ uirtuti oppoſitũ.hic ponit quintũ & ultimũ erratũ illius interpretis.& primo premittit illius dictum ſecũdo oſtendit illud eſſe erratũ.ſecũda ibi quod eſt. dicit primo preterea cũ nr̃i latini appellẽt uirtuti oppoſitũ uiciũ quod ciceroni placet dictũ eſſe ſic quia uituperabile ſit:iſte interpres maliciã nũcupat.hoc eſt itaq; illius dictũ.ſ. ꝙ uicium maliciam nuncupat quod erratũ eſſe hic probare intendimus. Quod tum.hic oſtẽdit illud eẽ erratũ.quod ſic probat illud dictũ eſt erratũ quod eſt impropriũ inſolitũ & inſufficiens.ſed tale eſt hoc.igitur eſt erratũ.huius rationis ab aretino ſolum ponitur minor cum inquit quod ſcilicet dictum eſt tum eneptũ ideſt impropriũ.tum inſolitum ideſt nõ ſolitum apud uiros probatos in lingua latina.tum certe unius improbitatis nomẽ ſcilicet iniuſtitie.ſolus enim iniuſtus dicitur iniquus & malicioſus eiuſq; habitus iniquitas ac malicia.itaq; malicia proprie nõ eſt nomẽ uicioſitatis uniuerſe ideſt totius aut omnis uicioſitatis.itaq; intẽperantia & p̃digalitas aliaq; huiuſmodi uicia ſunt nõ tamẽ proprie malicie nominãtur.ſunt tamẽ nõ nulli etiã de nr̃is hiſpanis fuit unus epiſcopus dicẽs aretini dicta preſertim hoc nõ eſſe magne efficatie.tum qa nomina ſũt rebus ad placitũ poſita & hac ratione dicebat pro noſtra uoluntate noĩa rebus cõmodare poſſumus.tum etiã quia dũ nobis conſtet de re:de noĩbus nõ eſt diſputãdũ ſed hec ſi cõcederẽtur ſic abſolute:inumera ut iam dicebatur ſequẽtut incõueniẽtia dicamus igitur ꝙ aretini dicta ſũt efficatia & hoc ultimũ iuxta materiã de qua eſt ſermo eſt ſatis efficax.ad illorũ obiecta dicimus ad primũ ꝙ nomina ſunt ad placitũ nõ quorũcunq; ſed primorũ inſtituentiũ aut eorũ in quorũ uſum primo uenerũt:nõ tamẽ poſterorũ qui aſtringũtur noĩbus uti ſecundũ priorũ uſum in ea lingua probatorum.& quãtum ad hoc nihil differt talẽ linguã eſſe latinã grecã aut quãuis aliam. eſt itaq; de nominibus conſuetudine recta probatis ſicut de legibus in quibus ſecũdum preceptionem ariſtotelis ante q̃ ponantur nihil differt ſic uel aliter operari.poſtq̃ tamẽ ſunt poſite:ſecundũ eas uiuere iuſtũ eſt.contrariũ uero facere eſt iniquũ & prauũ igitur nos quoq; aduerſus eos ſic dicemus leges ſũt ad placitũ:igitur erit nobis facultas ſecundũ eas aut cõtra uiuere.eaſq; pro uolũtate nr̃a mutare.qđ ſi locũ haberet qd aliud eſſet q̃ totã fere humanã uitã ſubuertere? eodẽq; modo poſſet argui de ſingulis

ditur. Quid dicã de extremis & mediis ĩ quibus ariſtoteles uirtutes & uicia collocauit: & ſingula ſcrutari nixus ẽ. Quã hic inermis & rudis.pauca de nr̃is:& hec ip̃a inepta: reliq̃ ut ſũt in greco dimittit:ut q illa legũt nihilo pl⁹ adipiſcãtur q̃ ſi nihil legiſſẽt. Preterea cũ uirtuti oppoſitũ nr̃i uiciũ appellẽt qđ.Ci. placet dictũ eẽ ex eo qa uitupabile ſit:iſte neſcio qua rõne maliciã nũcupat. Qđ tũ ineptũ:tũ inſolẽs:tũ unius certe imp̃bitatis nomẽ



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rebus conſuetudine hominūq; ſolū inſtitutione firmatis. ad aliud dicimus ꝙ illud dictum uerū eſt quātum ad res ipſas percipiēdas. nō tamē parū differt hec aut illa proferre nomina: etiā idem ſignificātia quātū ad hoim mores. eſt enī hoc plus q̄m manifeſtum eſſe res infinitas quas ſi per hec proferas noīa: erit urbanū ac liberale. ſi uero per alia: turpe erit ac ſeruile. & hoc nō magis eſt in lingua latina q̄m hiſpanica galica aut italica. cui rei cōueniūt exempla que in hiſpanica lingua ſuperius memorauimus. ex hoc itaq; fundamēto tres a cicerone numerātur orationis figure grauis mediocris attenuata. tātum igitur differt per hec aut alia noīa ueritatē exprimere: quātum differt inter pulcrū & turpe. aut inter liberale & ſeruile. ſunt quidē in omni lingua ea noīa urbana faceta atq; ingenua que apud uiros ingenuos ſunt uſitata. turpia uero atq; ſeruilia ea ſunt que apud ſeruiles turpeſq; homines frequētantur patet igitur ex his ꝙ ab illo interprete uirtuti oppoſitū nominandū fuit uitiū nō aūt malicia tum quia malicia eſt nomē unius tantū & nō uniuerſe improbitatis. eſt enī nomē iniuſtitie aut iniquitatis. tum etiā quia licet idem ſignificaret quod uicium: fuit tamē dicēdum uiciū & nō malicia. cum illud apud latinos probatos ſit uſitatū hoc uero nequaquā. patet etiā ex his q̄ diximus ſolutio illarū cauillationū. hanc tamē eādem rem magis infra aperire intendimus ubi de grāmatice origine aliquid tāgemus.

nō uniuerſe uicioſitatis. Ego igitur infinitis pene huiuſmodi erroribꝰ permotuscū hec indigna. Ariſtotelē indignaq; nobis ac lingua noſtra arbitrarer cum ſuauitatē horū librorū que greco ſermone maxima eſt in aſperitatem cōuerſa: nomía in torta: res obſcuratas doctrinam labefactā uiderē laborē ſuſcepi noue traductionis. in qua ut cetera omitam illud aſſequuturum me puto ut hos libros nūc primū latinos fecerim cum ante non eſſent.

Ego igit' infinitis pene. hec eſt ultima pars aretini argumētationis eiuſq; prefationis ultimus terminus. eſt itaq; pars hec argumētationis cōcluſio ſiue cōplexio. in qua licet nō oēs nec ſub eadē forma aretinus colligēs breuiter partes ſue argumētationis: cōcludit id quod a principio demōſtrandū propoſuit: dicēs ego igitur illatiue tenetur hic illud igitur infinitis pene. i. fere huiuſmōi. i. ſimilibus erroribus permotus. i. ualde motus cum hec indigna ariſtotele indignaq; nobis ac lingua noſtra & eſt hoc dictū per colorem interpretatioīs. idē enī per diuerſa uerba ē dicere nobis ac lingua noſtra. arbitrarer ideſt crederē aut iudicarē. cum ſuauitatē horū librorū quātum ad elegantiā cōpoſitionē ac dignitatē. que ſuauitas in greco ſermone maxima eſt. noīa intorta. i. impropria. res obſcuratas. doctrinā labefactā. i. labe plenā uiderem. ponit hic aretinus tria quorū precedēs ſe habet ut cauſa ad ſequēs. impꝓprietas enī nominis cauſa eſt obſcuritatis. obſcuritas quoq; doctrinā labefactā reddit. his enumeratis: cōcludit aretinus dicēs laborē ſuſcepi noue traductioīs. in qua traductione ut cetera ōmittam illud me aſſecuturū puto ut hos libros. ſ. ariſtotelis ethicorū nūc primū. i. primo latinos fecerim. quod a principio propoſuit. cum dicebat ariſtotelis ethicorū libros facere latīos nuper inſtitui. itaq; prius ut ab aretino demonſtratū eſt non latini ſed magis barbari effecti uidebantur. nunc autem a leonardo hos libros latine traductos habemus. & in his clauditur in ethicorum libros aretini prefatio.

Ccaſione tn̄ precedētiū duas his mouebimus q̄ſtioēs. quarū deciſio ꝓ hac materia ut puto erit maxīe utilis. occurrit igit' prīa q̄ſtio an grāmatica fuerit tota ex hoīm uſu an in aliq̄ pte ſit naturalis. & facimus hic q̄ſtionē nō ſolū de latina uerū de uniuerſa grāmatica. ſiue illa ſit ī latina ſiue in greca ſiue in galica italica aut hiſpanica lingua. itaq; erit q̄ſtio de uniuerſa grāmatica. & arguitur prīo ꝙ tota ſit ex hoīm uſu q̄ apud diuerſos diuerſa fiūt nō ex natura ſed ex hoīm uſu originē hn̄t. grāmatica uero apud natioēs diuerſas diuerſa eſt igitur erit tota ex hoīm uſu & nihil ipſius erit ex natura. ꝓpoſitio prīa ſcribit' a boetio ī eo libello quē de rerū diuiſiōe ediderat. ubi ait q̄ apud diuerſos diuerſe fiūt nō ex natura ſed ex hoīm uſu originem hr̄e. ꝓpoſitio uero ſecūda ē nota fere oībus. alia ē enī grecorū grāmatica altera uero latinorū q̄ntū ad rerū uocabula eorūq; accidētia. ab his quoq; & inter ſe ſūt diuerſe ebraica arabica galica italica hiſpanica alieq; ꝑ multe grāmatice. in oppoſitū arguitur q̄ apud uniuerſos hoīes eadē immutata ꝑmanēt ſūt naturalia. ſed grāmatica ſaltē pro aliqua parte ē huiuſmodi. erit igitur pro ea ſaltē parte naturalis. ꝓpoſitio prīa cōmune dogma ē philoſophorū. & ſcribitur ab ariſtotele q̄nto ethicorū. ꝓpoſitio uero ſecūda fiet manifeſta: ſi quedā que tradūtur in grāmatica ꝑ linguas diuerſas induxerimus. ſūt enī in grāmatica noīm caſus. uerborū modi ac tēpora. nō nulle etiā cōſtructiones. hec oīa apud linguas diuerſas uidētur eadē immutata ꝑmanere. apud oēs quidē linguas ſunt noīm caſus. uerborū modi ac tēpora. cōſtructiones etiā alique eedē. ad hanc queſtionē dicimus nō poſſe omnino negari uniuerſā grāmaticā ſaltē pro aliqua parte eſſe naturalē plurimū uero ex hoīm uſu originē habuiſſe. q̄ manifeſta fiēt ſi ea repetamus fūdamēta q̄ in obiciēdo memorauimus quorū alterū a boetio aliud uero ab ariſtotele ſcriptū fuiſſe dicebamus. erat itaq; primū que apud diuerſos diuerſa fiūt nō ex natura ſed ex hoīm uſu originē habere. aliud aūt erat q̄ apud uniuerſos hoīes eadē īmutata permanēt ſūt nō ex hoīm uſu ſed naturalia. fit quidē ex his manifeſtū ꝙ uniuerſa grāmatica plurimū & fere tota ſit ex hoīm uſu. pro aliqua uero parte quā parua ſit naturalis. eſt igitur grāmatica ex hoīm uſu & ut ſic dicā poſitiua quātum ad noīm uocum declinationes. & uerborū cōiugationes. ac plurimū orationū cōſtructiones. cantuſq; proſodiā. recte etiā ſcripture orthographiā. atq; rerum uocabulorū uaſtā ampliſſimāq; diuerſitatē. hec enī apud nationes diuerſas hoīm nō eadē ſed fere tota diuerſa fiūt. ex horū profecto diuerſitate liguarum diuerſitas originē habuit. per hoc enim una ab alia diuerſa efficitur lingua ꝙ aliis pro rebus noībus utitur. aliaſq; eorūdem habet inflexiones. diſtintos etiā modos proferendi. atq; ſcribēdi. nec modū eūdum habet unā cum alia ſociando dictionē. ſunt oīa hec manifeſta quecūq; lingua una ad aliā comparetur. patet igitur ex his ꝙ oīs grāmatica plurimū & fere tota ſit nō ex natura ſed ex hoīm uſu: atq; eorū libitu. ſunt tamē aliqua pauca que apud oīs hoīm nationes earūq; linguas eadem atq; immutata permanēt. huiuſmodi ſūt modo aliquo noīum caſus. uerborū modi atq; eorū tempora. etiā alique partium cōſtructiones. oratioīs etiā ſeptem aut octo partiū diuerſitas. hec omīa modo aliquo cōſiderata apud uniuerſos homines eadē immutata permanēt. & dixi modo aliquo quoniā illa nō omni modo cōſiderata ſunt naturalia. eſt quidē ex natura & apud oīs linguas idem permanēs nomīa caſus habere. eſſe uero ſes plures aut pauciores eſt ex hoīm uſu. item uerba modos & tempora habere naturale ē. cum hoc apud oīs in diſtinte tenetur. eſſe uero plura uel pauciora fuit ex hoīm libitu. cōſtructiones etiā quedā ubiq; permanēt. cuiuſmomodi eſt nomē & uerbū in numero & in perſona cōuenire. & uerbū ſubſequi nomēq; precedere. item adiectiuum & ſubſtantiuū cōuenientiam habere in genere caſu & numero penitus eſt naturale. cum hic & ubiq; id teneatur. relatiuū quoq; cum antecedente in genere & numero cōuenire nō ex hoībus uim habuit. omnis etiā lingua habet orationis partes ſpecie diuerſas. omīs enī lingua tanq̄ diuerſis utitur nomine pronomie uerbo participio cōiunctione prepoſitione aduerbio interiectione. hec oīa apud oīs linguas natura ipa diſtinguit. licet ab hoībus nō omībus diſtintis uocis ſint appellata. ſecundū enī boetiū in principio ſue muſice infinita ſunt que homines ex natura faciunt: quo aūt modo illa fiant neſciunt. oīs quidē fere homines ſentiunt atq; intelligunt melodiaſq; formant. quo autē modo id fiat ſolū ſapientū eſt cognoſcere. at per hoc homo a bellua ſecernitur. beſtie quidē ſentiunt quo aūt modo ſentiant nec ſciūt nec ſcire poſſunt. nec minus eſt de rebus grāmaticis. omniū quidē fere eſt ut ī lingua aliqua grāmatice loquelam habeant. orationeſq; formare. horum tamen principia ac partes diſtinte cognoſcere eorum eſt ſolum qui per multa uidere pariter & intellexere. dicamus igitur ꝙ omnes homines orationis partibus diſtintis utuntur per pauci tamen ſunt qui hanc diſtintionem cognouerit. genera quoq; nominum maſculina & femenina q̄ntū ad aīalia ſexū diſcretū ac nobis notū hn̄tia ſūt ex rōne nature. oīs ei lingue hoc hn̄t ut mares maſculinis femīas uero femeninis noībus nūcupēt. noīa uero ceterorū entium genera habent ex ſolo hominū uſu. quod patens fit per hoc quod huiuſmodi genera apud diuerſos diuerſa fiunt. ſunt enim plura alterius generis apud linguas diuerſas. ut lapis paries caullis funnis apud latinos ſunt maſculina apud hiſpanos uero femenina. eodemq; modo ſe habent greca & latina ut priſcianus de aliq̄bus dixerit. is quoq; libro q̄nto ſcripſerat duo eſſe genera q̄ ſola nouit rō naſe

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

itaq; ſecundū priſcianū noīa maſculorū animaliū apud uniuerſrs nationes ſūt maſcu
lina feminarū uero femenina.aliorū uero entiū genera noim nō ex natura ſed ex ho
minū uſu apud alios alia fieri aſſerit.cui de hoībus noſtri.tēporis quidā refragātur.q
priſcianū uolentes emēdare:grāmaticā penitus corrūpunt. figunt.itaq; in rebus pro
prietates neſcio quales actiuas paſſiuas & neutras a quibus dicunt uniuerſa nominū
genera originē habuiſſe.ego uero huiuſcemodi mētis ſum ut de huiuſcemodi homi-
nibus nō multū exiſtimē.noui eni quāta & quam facile ſit contēnenda iſtorū ſapien
tia.propter eos tamē quos hic inſtruere propoſuimus oſtēdemus q̄m facile ſit eos rep̄
hendere.ſi eni ab eis queras deitas in q̄ nulla ē paſſiua ꝓprietas:unde ē ꝙ ſit generis
femenini.item celū lux q̄ maxime ſūt actiua oīmq; corporū actionū principia q̄re nō
ſūt eorū noīa maſculina:ad has & huiuſmodi queſtioēs cōtra id qđ mēte capiūt men
datia fingūt admiratione digna.& ſi petas ab eis cū rerū ꝓprietates apud oēs linguas
ſint eedem:unde eſt ꝙ noim genera ex illis ꝓprietatibus iunta apud diuerſas linguas
nō ſunt eadem:dicūt oīs linguas erraſſe preter latinā que inter linguas ſola ut illo-
rum uerbo utamur diligenter rerū naturas conſiderat.& cum eis obicitur de ebraica
& caldea probatiſſimis linguis ac de greca aqua latina plurimū originē traxit.in qui
bus tamē inueniūtur nō pauca noīa alterius generis q̄m i latina:iſti incipiūt tūc bra
chia inſane iactare.& balbutiendo uerba interrupta atq; infracta efferre ut nec uerba
nec illi quid dicere uelint ſatis intelligere queas.dicamus igitur ꝙ latina grāmatica
& queuis alia eſt naturalis ſolū quātū ad ea q̄ eadē apud uniuerſos īmutata permanet
quātū uero ad ea q̄ apud diuerſos diuerſa fiunt nō naturalis ſed uſualis ab uſu a quo
primeuā originē traxerit ꝓprie eſt appellāda.his habitis facile ē ad rōnes reſpōdere.
utraq; eni in parte aliqua ueritatē demōſtrat.quod appertius uidebitur ſi eas hic reſu
mamus.erat igitur prima q̄ apud diuerſos diuerſa fiūr nō ex natura ſed ex hoim uſu
originē habēt.grāmatica uero apud natiōs diuerſas diuerſa eſt.erit igitur tota ex ho
minū uſu & nihil ipſius erit ex natura.ad hāc rationē poſſet negari conſequētia.poni
tur eni in cōcluſione tota qđ in premiſſis nuſquā fuerit appoſitū:cum in conſequētia
ſillogiſtica maior extremitas de minori ſola ſit concludēda.poteſt aliter dici ꝙ minor
ꝓpoſitio nō in toto ſed in parte eſt uera.grāmatica eni ut diximus apud nationes di-
uerſas & eadem & diuerſa eſt.eo itaq; modo quo eſt eadē & altera:eſt etiā naturalis &
uſualis.erat aūt ſecūda ratio pro oppoſita parte q̄ apud uniuerſos hoīes eadē īmutata
permanēt ſunt naturalia.ſed grāmatica ſaltē pro aliqua parte eſt huiuſmodi.erit igi
tur pro ea ſaltem parte naturalis.ad hoc dicimus ꝙ ratio hec eſt neceſſaria ueritatem
demonſtrās a nobis ſupra oſtēſam.huius itaq; rationis que pro parte noſtra cōcludit
utraq; premiſſarū eſt uera & cōſequētia neceſſaria.patet igitur quid dicendū ſit ad ra
tiones pro utraq; parte deductas.quid etiā ad totā queſtionē.ſi tamē breuius reſpōde
re uolumus:ſic diſtinguemus grāmatica cōſideratur bifariā.uno modo in ſe & abſo-
lute alio modo particulariter prout eſt hec aut illa grāmatica.ſ.greca latina caldea a-
ut ebraica.primo modo tota eſt naturalis.eſt eni nobis a natura ſermo datus prio po-
lithice.habet itaq; homo ex natura ut ſermonē proferat.eiuſq; octo partes cū ſuis ac-
cidentibus diſtinguat.necnō eas maritādo orationē cōſtruat.hec tamē exprimere his
uocibus.ſ.grecis aut latinis nō ex natura:ſed ex hoim uſu aut in toto aut ſaltē ꝑ ma-
iori parte naſcitur.eſt itaq; de grāmatica ſicut de legibus.leges eni ſecundū eſſe uni-
uerſale & abſolutū ex natura emanarūt.& eni uirtuoſe uiuere.iuſte agere.temperate
cibū ac potū ſumere.proſperitates aduerſitateſq; equo animo ferre.hec & huiuſmodi
naturales ſunt leges.ex ipaq; natura apud uniuerſos hoīes eedem uim habētes.huius
tamē aut illius gētis cōſuetudines ac ſtatuta q̄ nos ad prefacta inducere intendūt nō
naturalia ſed uſualia & poſitiua ac ciuilia ſūt.ſic dicta q̄a nō ex natā ſed ex hoim uſu
ac ciuili poſitōe nata ſūt.dicamus igiť ꝙ ſicut lex cōſiderata nō ꝓut ē hec aut illa ſed i
ſe & abſolute ē natālis:ꝓut uero ē hec aut illa ē ex hoim inſtitutōe:ſic per oēm modū
de grāmatica ꝑcipiēdū cēſeo.nec tn̄ ē hec ignorādū ꝙ licet apđ uniuerſos hoīes ſit u-
ſual' grāmatica:pauci tn̄ ſūt q̄ hāc ad artē reduxere.i nr̄a q̄dē europa greci tātūmodo
& latini hāc ſuſcepe curā.apđ illos apolonius apđ latios uero pſcianus.qđ ſi factū nō
exteriſſet:hec due ligue fere eſſēt iā ꝑdite ac deſtrute.ex his q̄dē nō pauca itelligūt pō
iter artē & uſū i huiuſcemōi liguis dr̄ntia.ē ei uſus pricipiū ars uero certa ꝑceptio q̄
īde colligiť atq; eliciť.ꝓo ex hoc cognoſciť cā unde ars grāmatice ſit uariabilis.hoc ei

inde eſt quia eius principiū ſcilicet uſus pro diuerſis tēporibus uarie ſe hēt.tertio ꝑ-
cipies artē ex uſu correctionē recipere uſū uero ex arte minime emēdari debet.& lo-
cor ſemp̄ de uſu nō quorūcūq; ſed uirorū probatorū.quarto etiā apparet quātus fue-
rit eorū error qui ex ignorātia pura dicūt nomina aut uerba que in aliquo defficiunt
nō ex arte ſed uſu defficere.ars eni & natura ut dicūt in nullo defficiūt.de his homi
nibus erat unus qui nuper ſuos docebat diſcipulos ſe congrue ex arte dictores largio
pecuniā.orto hominē.loco uerba.depreco amicū.uenero deum.uado ad ignē calitū.
has & huiuſmodi infinitas ineptias ille continue docebat probans id per hoc ꝙ ma-
gis cōueniret cum bonitate & magnitudine poteſtate & duratione ſi talia ponamus
plena & ſine ullo deffectu quā ſi ea in aliquo defficere patiamur. & cum unus de ſuis
diſcipulis diceret uidetur mihi iſta que nobis traditis cōuenire multū cū malo & par
uo ac nullo modo poteſtatē nec durationē habere:quoniam talia in latinis codicibus
niſi ſint incorrecti nuſquā inueniētur ſcripta:ille ad hanc diſcipuli irrefragabilē ob-
iectionē uidens ſe nō poſſe reſpondere:cepit a contumeliis dicens tu talis eſſe uoles
qualis fuerit priſtianus qui nihil preter uoces de rerū naturis intelligere quiuit.ego
nō patiar ꝙ in meis ſcolis occaſionē aliis preſtes ſequēdi ignauū priſcianū. & hac de
cauſa illam oliſbone ubi hec contigerant relinquens uniuerſitatē:in hanc noſtrā ſala-
mantinā appulit.ubi hec & alia huiuſmodi inepta nobis referebat. huiuſmodi uero
hoīes quos grāmatica nunq̄ uidit:ad methaphiſicā fugiētes q̄ eos nec uidet nec uide
re dignatur ego quoq; ſimul cōtemno.ſed quoniā iſti illud pro ſe abducunt ars & na-
tura in nullo defficiunt ne inde ſit aliquibus errandi occaſio ad illud hic reſpondebi
mus.oſtendemus itaq; ꝙ illud cuiuſcunq; fuerit dictū ſit expreſſe cōtra eos.& ſi uele-
mus ad hoīem reſpondere:q̄m facile poſſet illud refelli.ut eni ſeſto methaphiſice & q̄n
to ethicorū ariſtoteles ait:natura aliquādo deffecit.ſiquidē natura nunq̄ defficeret ca
ſus nullus eſſet.per hoc eni ſunt fortuitu & caſu euenientia ꝙ natura aliquādo deffe
cit.eſt itaq; caſus ſecundū ariſtotelē nature deffectus.patet igitur ex his illorū plume
um argumentū eſſe facile eſſufflatū.& hec ſit ad illorū rationē quā merentur ſolutio
ad eos uero quos hic inſtruere intendimus longe aliter reſpondebimus. & quoniam
hec ſolutio pendet ex dicendis in queſtione ſequenti:id in eum locum differemus.&
in his deciſio prime queſtionis finem ac terminum habet.

Veſtio uero ſecūda q̄ precedentiū occaſione occurrit eſt quare apud uniuerſas
linguas magis uſui & quorūdā iudicio ſtandū erit q̄m uſui ac iudicio aliorū.ut
exēpli gratia in latina lingua q̄re potius tullio fidē dabimus q̄m alteri.ut dicamus i-
nocētio iohāni ādree bartulo iohāni eſcoto aut thome de aqno.quorū quilibet ligua
latia nō parū fuerit uſus.hec uero q̄ſtio ampliſſima ē tāgēs fere uniuerſū genus enti
tatis.hic tn̄ quātū ad ꝓpoſitū attinet eā enodare intēdimus.nec argumenta ulla adda
mus ut breuiter ſm̄ modū eius ſcie de q̄ agimus ꝓcedamus.ꝓ deciſiōe uero huius q̄ſ-
tioīs illud maximū accipiemus pricipiū ab ariſtotele i locis nō paucis ſcriptū & i ethi
cis quidē frequēter ab eo repetitū.ē itaq; pricipiū unde infinite prodeūt cōcluſiones
ꝙ in opabilibus ille ſolus homo ē metrū mēſura ac regula q optimū habet intellectū
in agibilibus quidē animus optīe probitatis recte iudicat ī factibilibus uero is ſolū q
rerū artē ꝑfecte nouerit.qđ ex ēplo corporis optīe ſanitatis illuſtrius fiet.in cibis eni
ac potibus ceteriſq; rebus dinoſcēdis humano corpori neceſſariis.in ſaporibus quoq;
qui dulces qui amari quiue inter hos medii fuerint non aliud corpus quā optīe ſanū
recte iudicat.itaq; qualia hoc corpus iudicat eſſe:talia ſm̄ ueritatē ſūt huiuſmodi en
tia.qđ de ceteris corporibus nequaq̄ predicare poteris.iudicāt ei hoīes male corpore
ſani amara dulcia eſſe dulciaq; amara.frigida calida fore dicū & nōnunq̄ calida frigi
da.utilia nociua nociuaq; utilia putāt.de potibus ac cibis ceteriſq; rebus corpori nec
ceſſariis iudicat unuſq; ſm̄ ꝙ ei ꝓſūt aut nocēt.dulciaq; ul' amara uideť.i hoc fere oīs
lapſā hn̄s ſanitatē decipiť.ē eni pluſq̄ manifeſtū egroto nō pauca ꝓdeſſe atq; ſibi fore
utilia q̄ tn̄ ī ſe & abſolute nec ſana nec utilia ſūt. uidemus etiā ꝙ cibi & potus aliaq;
huiuſmodi q̄ i ſe & abſolute ſūt ſana & utilia nō parū nocēt egrotis.nō ualēt itaq; hu
iuſmodi illatiōs hic hō iudicat hec amara ul' dulcia:igiť ſūt amara ul' dulcia.nec ſeq̄ť
dicit hec eē utilia ul' nociua ſanitati:igiť ſūt utilia ul' nocia ſanitati.recte tn̄ ſeq̄tur ſi
hoc dixerit corpus optīe ſanitatis.hoc itaq; modo ſe hēt ī agibilibus.illa eni eē dicun
tur honeſta aut inhoneſta.pulcra aut turpia que animus optime probitatis talia eſſe

Universidad de Salamanca. BGH
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

iudicauerit.eodēꝙ modo eſt in factibilibus.que enī ars iudicauerit bene eſſe cõſtructa aut errata: ſine dubio ſūt bene cõſtructa aut errata.pro grāmatica uero cuius gratia oīa hec introducta fuere:eſt polithicorū octauo unū ſingulare dictū ex quo noſtra prope ſoluitur queſtio.ponitur enī in ſolutione cuiuſdā queſtiōis fere ſimilis noſtre queſtioni.de melodiis quidē eſt queſtio & fere eadē cum noſtra quare magiſquedā melodie a nobis ſint eligende ac ſpectāde quedā uero tanq̄ ſeruiles lōge repellende.hāc queſtionē phs ibi ſoluēs hec ſecundū leonardi traductionē ponit uerba ſed cum ſpectator ſit duplex alter ingenuus & doctus alter uillis & indoctus ex opificibus turbaꝙ urbana:his quoꝙ accõmodāda ſunt ſpectacula & certamina ad ceſſationē & quietē.ut enī illorū anime diſtorte ſūt a naturali habitudine:ſic armoniarū & melodiarum ſūt diſtorſiones quedā ille que ſunt uehemētes & infracte:quāobrem licentia permittenda eſt his qui de arte muſica certāt in theatro ut ad huiuſmodi ſpectatorē tali genere utantur muſice.hec ſunt philoſophi uerba que niſi fallor noſtrā plene ſoluūt queſtionem.dicamus igitur cū phō ſicut ille de muſica:nos de lingua quauis ꝙ ille uoces ſolum ac modi loquēdi ſunt eligēda ac expetēda quibus utitur homo ingenuus ac liber natura diſciplinaꝙ inſtructus.habēs animū ex natura rectaꝙ conſuetudine nō infractum aut diſtortū ſed ſanū & rectū.ille aūt uoces longe a noſtro idiomate ſūt pellende quas homo ille regula exiſtens repudiauerit.ex his tria intelligūtur.primo ꝙ ī lingua quauis has uoces expetere aliaſꝙ abdicare nō tam ad artem quā ad prudentiā pertinet.hoc patet quoniā ad mores ſicut de armoniis:ſic etiā de uocibus nō parū differ has aut illas proferre.cum earū alique natura ſint recte ingenue ac libere.alie uero īfracte uilles ac ſeruilles nõnunq̄m etiā turpiſſime.ſecūdo ſequitur licet multi in hoc repugnent:tamē ſecundū philoſophū unus homo aliū natura excedit nō ſolū quātū ad corpus:uerum etiā quātum ad animū.quod patet per hoc ꝙ dixerit ut enī illorum anime diſtorte ſunt a naturali habitudine:ſic armoniarū & melodiarū.dixerat etiam hoc idem expreſſius in primo polithice ubi inquit hoiem natura liberū natura ſeruū corpore & animo excedere:licet corporū excelletia nobis ſit manifeſta animorū uero oculta.itaꝙ illā uidere aut ſentire poſſumus hanc uero intelligere ſentire aūt nequaquā ualemus.tertio ſequitur corpus optime ſanitatis de cibis ac potibus eorūꝙ ſaporibus recte iudicare nō tam ex conſuetudine quā ex natura:ſic etiā & animū armonias & uoces recte expetere magis ex natura quā ex doctrina & conſuetudine eſſe uidetur.ſicut enī circa cibos & ſapores corpori optime ſanitatis fide damus nō quia rationem nobis aliquā de huiuſmodi iudicio afferat ſed quia ſcimus eſſe talis nature que errare nō poteſt:ſic etiā & animus nature optīe ſe hēt in melodiis ac uocibus delegēdis.nō enī ratione ſed natura ductus hec abdicat illa expetit.his tribus quartum adiungitur ex libro ſeſto ethicorū traductū ꝙ unus homo nō ſolū ex cõſuetudine & doctrina ſed etiam ex natura poteſt alium in una uirtute excedere in alia quidem ab eo defficere.ut dicamus eum ad induſtriam & prudentiam circa bellica ex natura maiorem habere habilitatem circa peccunias uero expēdēdas minorem. eodemꝙ modo ſe habet in aliis.itaꝙ in lingua latina uoces ac modos loquendi deligendo marcus tullius natura cunctos exceſſit.in aliis quidem perfectionibus nō negamus alios quoſdā ſuper eum ire.& hoc modo mihi uidetur comentator laudauerat ariſtotelē tertio de anima comento.xiiii.ubi eum aliis preponens ſic inquit credo enim ꝙ iſte homo fuit regula in natura.& eſt exemplar quod natura inuenit ad demõſtrandā ultimā perfectionem humanā in naturis hec ille.nō igitur dixit cõmentator abſolute ultimā perfectionē humanā:ſed addidit in naturis.itaꝙ ariſtoteles inter hoies ultimā habuit pfectionem in naturis rerum dinoſcendis nō tamē in eloquentia platonē aut demoſtenem exceſſit.ex his itaꝙ patet quare in uocibus delegendis atꝙ expetēdis magis uni quam alii creditur eiuſꝙ iudicio in modis loquendi itamus.hoc eo fit:quia talem hominem credimus circa uoces expetendas ingenuam liberam rectam ac optimam habuiſſe naturam.& hec tanta de queſtione ſecunda dicta ſint. nūc illud explicemus argumentū quod in hūc locū ſupius differebatur.igiť ignari ignorātes ꝙ artis preceptio ex uſu traducta fuerit nec ullā aliā uim hēat preter eam q̄ ex uſu probatorū ei cõmodata extiterit dicunt deponentia uerba accuſatiuum regentia ex arte uocem actiuam habere ex uſu uero hoim rerum naturas nō ſatis intelligētiū talia uerba nō hr̄e uoces actias.illud p ſe aducētes ars & naťa ī nullo deſſiciūt.ex hoc principio nō pauca ſnepta male inferunt.nobis uero hec ē cura ut oſidamus grāmaticā deſſicere aut p exceſſū peccare ſi huiuſmodi uerbis tales uoces cõmodētur q̄ ī uſu pbato nō ſūt.hoc aūt ut puto erit ſatis manifeſtū ſi hic duo pricipia memoremus.primū ſit illud maxīe uniuerſale atꝙ irrefragabile ꝙ ī oī genere opabiliū illa qdē entia bene ac recte ſe hn̄t q̄ regule adeq̄nť.illa uero q̄ regulā excedūt aut a regula deſſiciūt peccāt. & hinc duo ab ariſtotele & aliis genera peccatorū aſſignātur.ſ.p exceſſū & deffectum.ut ī genere calceorū illi ſolū calcei recte ſe hn̄t q pedi adeq̄ntur ſic ꝙ nec excedūt nec deſſiciūt.q uero maiores ſūt:p exceſſū peccāt.q aūt minores p deffectū.eodēꝙ modo ſe hēt ī ceteris opabiliū generibus.aliud huic iūgamus pricipium.ſ.qď in melodiis & uocibus ac modis loq̄ndi cuiuſcūꝙ idiomatis metrū ſiue regula pria ē uſus uirorū doctrine natureꝙ optīe.ex his ut credo uides qd ſequiť.itaꝙ uerba illa q̄ talē uſū excedūt p exceſſū peccāt.illa quidē uerba aut noīa q̄ minus hn̄t q̄m ille dixerit uſus p deffectū peccare dicunť.uerba igiť deponētia recte ſe hn̄t cū regule ſint adeq̄ta.& ſi exceſſus regule defectus noiētur prout uiris nō parue auctoritatis placet:ſi uoces hēant huiuſmodi uerba q̄ uoces in uſu nō ſint:erit pfecto ars grāmatice ī hoc deffectuoſa.itaꝙ plena recta ac pfecta ē ars p hoc ꝙ nec maior nec minor ē uſu probato.patet igiť ꝙ grāmatica ars in nullo neceſſario deffecit.& ſi tales uoces ſupfluas haberet q̄ in uſu nō ſūt: ſupflua ponēdo cū in uſū nr̄m nunq̄ uenirēt:peccaret p exceſſū at p hoc deffiⁿceret qď hic demõſtrare intēdebamus.& ſi aliqs dixerit ꝙ ille uſus latine lingue nō fuerit uirorū nature optīe:ad hoc diciť ꝙ hec iā q̄ſtio ē de facto nō de iure.nec eā hic diſputare ītēdimus.hoc eī nihil itereſt:dū nobis cõcedať uſū uirorū circa huiuſm odi rem optimam naturā habentium eſſe metrum ac ueram regulam.ſed de his attenus.nūc de aliis ab ariſtotele dictis explicemus.

eīm illorum ratio locū haberet: nihil eēt in uniuerſo bonū: cū nihil ſit tāte bonitatis
cuius occaſione aliquādo malum nō eueniat. at per inde dicitur de robore corporis.
robur eīm corporis/ & cetere nature bona abſolute bona ſūt: licet alicui ſint nociua. ē
q̄dē de huiuſmodi rebus ſicut de cibo ſano q̄ tñ alicui utpote īfirmo nocet. illud q̄dē
de his (ut ī exponēdo litterā tetigimus) de pricipiis ītelligit͛. illud aūt ex his de cōclu
ſioibus. uł dic ꝙ loq͛t de bois uniſr. ſed exēplificat ī extnis. uł dic ut alii ꝙ idē ꝑ utrūq;
pħs ītelligit. addidit tñ ſm ad maiorē primi expōitionē. q͛d uero dicebat groſſo modo
ac ueluti ꝑ figurā: iā dixeramus id ītelligēdū eē mō plano & ꝑ exēpla. hoc a pħo dictū
ē nō tanq̄ ſemp exēplo/ & nuſq̄ demōſtratiōe utat͛: ſed hac rōne id dixerat: quia pluri-
mum exēplis pro demōſtrationibus utitur. dixerat aūt pħus & ſm ea q̄ plurimū fieri
ſolent nō ut negaret ſua precepta demoribus tenere in toto & uniuerſaliter. ſūt eīm
ſue de moribus preceptiones pro maiori parte in toto uere/ atq; in nullo defficientes.
ut eſt illa generalis preceptio ſecūdum rectā rationē uiuere. tēperate comedere. iuſte
ac bene agere. hec & alia q̄ plura ī nullo defficiūr. illud tamē addidit philoſophus ut
ſe/ eiuſq; doctrinam ſaluaret quantum ad eas concluſiones que in aliquo defficiunt. at

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

per hoc ſatis demonſtratur ꝙ doctrina a philoſopho de moribus tradita ſit ſcientia:
circa quod non pauci ambigunt. ad hoc eim ꝙ aliq̄ concluſiones ſint ſcibiles: ſuffi
cit eas plurimum ueritatem dicere. hec namq; eſt preceptio philoſophi i ſexto metha
phiſice ubi ſic inquit. omnis nāq; ſcientia aut eſt eius quod ſemper| aut eius quod ſe
cundum magis. & eim quomodo docebit| aut docebitur niſi ſit tale de quo eſt ſciētia:
oportet eim diffiniri per ſemper| aut per magis de quo eſt ſcientia. hec ille. ubi aperte
patet ꝙ ex intentione philoſophi nō ſolum ille concluſioēs ſunt ſcibiles que ſemper
ſed etiam ille que plurimum ſunt uere. eſt itaq; in ſcientiis ſicut in ſpeciebus uniuer
ſi que ſecundū ariſtotelem octauo methaphiſice ſe habent ut numeri. nō eſt quidem
poſſibile duas ſpecies eſſe equales in eſſentiali perfectione. ſi eim eſſent equales: iam
nō eſſēt diuerſe| ſed una eadēq;
ſi igitur ſi omnes ſcientie eſſēt
equales in certitudine: iam nec
de rebus diuerſis| nec etiam in
ter ſe forent diuerſe. ſi igitur
eſſe debent (ſicut ſunt) diuerſe:
oportet diuerſos habere gradus
in certitudine. & ſi dicatur ꝙ in
locis nō paucis reperitur ab a
riſtotele ſcriptū ſcientiam eſſe
de immobilibus atq; perpetuis.

Eodemq; modo ſingula que de his dicen
tur recipienda ſunt. Nam eius qui eruditus ē
eatenus in uno quoq; genere certitudinem exi
gere quatenus eius rei natura recipit Simile
quippe uidetur a mathematico pſuaſionē reci
pere: & ab oratore demonſtrationē requirere.

eſt dicendum ꝙ cuiuſq; hominis dicta poſteriora corrigunt priora & non contra. ari
ſtoteles uero ut ferunt in ultimis diebus ſue uite methaphiſicam ſcripſerat. propter
quod in methaphiſica ſcripta tenenda ſunt ut pote philoſophi ultima ſententia ibi i
taq; corrigens ante ſcripta: dixit ſcientiam eſſe aut eius quod ſemper| aut quod ſecun
dum magis. aliquis forte diceret ſtare non poſſe ꝙ doctrina de moribus ſit ſcientia.
quia ut libro ſexto demonſtrabitur aliud eſt ſcientia aliud prudentia. ad hoc dic ꝙ ibi
loquitur philoſophus de ſcientia ſpeculatiua. eſt eim apud philoſophū uſitatum ſo
las ſpeculatiuas ſcientias dicere. illas quoq; ſolas ut in prohemiis noſtris dixeramus
ponit philoſophie partes. praticas uero de factibilibus: artes| de agibilibus quidē pru
dentias magis nomiat. uel dic ꝙ prudentie ſunt due partes ſcilicet uniuerſalis & par
ticularis. quātum ad primam partem prudentia eſt ſcientia. quātum uero ad ſecundā
magis experimentū q̄ ſcientia. dicitur. & quoniam prudentia fere tota conſiſtit i par
ticulari| in uniuerſali uero quam modicum: inde eſt ꝙ a ſcientia diſtingui conſueuit.
quod ex libro ſexto manifeſtius fiet. de legali quoq; poſſet hic queri an ſit ſciētia. ad
quod ut mihi quidem uidetur eſt dicendum quod ſcientia dici non debet. cum eim le
ges ciuitatis cuiuſcūq; omnes fere ſint mutabiles: earum cognitio uera erit profecto
opinio uera: ſcientia autem nequaquā. at per inde uidetur mihi dicendum de rhetori
ca| & grāmatica cuiuſcūq; lingue. Sequitur illa pars. Eodemq; modo. in qua oſten
dit modum procedendi huius ſcientie quantum ad auditorem. & primo intentū pre
mittens dicit| & ſingula que dicentur de his. ſ. honeſtis & iuſtis| ac de bonis fortune|
& nature recipienda ſunt ab auditore eodem modo. ſ. groſſo ac ueluti per figuram| &
ſm ea que plurimū fieri ſolent in huiuſmodi rebus| nam in huiuſmodi rebus peccatū
eſſet demonſtrationē requirere. hoc eſt ariſtotelis propoſitū. quod ſic probat| nā eius
qui eruditur eſt. i. ad eum qui eruditur pertinet exigere. i. petere eatenus. i. intantum
certitudinē in unoquoq; genere quatenus. i. quantū recipit. i. patitur natura eius rei
. ſ. de qua tractatur. hoc autē ariſtoteles confirmat exemplo dicens| ſimile quippe uide
tur a mathematico perſuaſionem recipere| & ab oratore demonſtrationē requirere. q̄
ſi dicat tantus error eſt iſte quantus ille. tamē iſte eſt per exceſſum| ille uero p deffectū
in mathematica quidē ſuaſione contentari: eſt minorē certitudinē requirere: q̄ rei na
tura patit: in rhetorica uero demōſtrationē expetere ē ultra rei naturā certitudinē ex
igere. & intelligit ariſtoteles hic p demonſtrationē argumētationē neceſſariā q̄ ex ne
ceſſariis pricipiis cōcluſionē iferat neceſſariā. pſuaſionē uero appellat eā argumētati
onē ueriſſimilē q̄ ex ueriſſimilibus ueriſſimilē ifert cōcluſionē. ois itaq; argumētatio
q̄ uel quātū ad pricipia| uel illationē hēt ueriſſimilitudinē & nō neceſſitatē: a phō hic
rhetorica & nō demōſtratiua itelligit. circa qđ ē aduertēdū ꝙ demōſtrationes potiſſi

me locum habent in generibus rerum immobilium ſecundū eſſe ut in methaphiſica
aut ſecundum diffinitionē. ut in mathematica: in rebus uero mobilibus & preſertim
in his que diffoꝛmiter mouentur: magis perſuaſio quā demonſtratio locum habet. ta
les quidem ſunt res de quibus rhetorica & ciuilis conſiderant. in his tamē gradus ſūt
diuerſi. legalis eim eo ꝙ de particularibus| at per hoc de mobilioribus conſiderat: mi
nus demonſtratione utitur quā moralis. que eaſdem res uniuerſaliori at per hoc cer
tiori modo conſiderat. multo quippe certiores ſunt argumentationes morales quā le
gales. poſſunt eim legales in toto deſſicere: morales uero in parte| ſed i toto eſt impoſ
ſibile. hoc autem tenet per hoc ꝙ leges ciuitatis cuiuſcūq; in toto poſſunt mutari. na

Quiſq; bene iudicat que cognoſcit eorūq;
bonus eſt iudex. Singula igitur is qui i ſingu
lis: ſimpliciter autem is qui in cunctis erudi
tus eſt Ex quo fit ut iuuenis quidem nequaq̄
idoneus auditor ſit ciuilis diſcipline rudis ei
earum rerum que in uita uerſantur. Sermo au
tem ex illis & de illis eſt. Sequax uero ad
huc affectibus exiſtens inaniter et inutiliter
audiet cum finis ſit non cognitio:

turalia uero hoc eſt naturales le
ges in parte| ſed i toto nuſq; mu
tantur. Quiſq; bene iudicat.
hec eſt ſecunda pars principa
lis huius capituli. in qua oſten
dit qualis eē debeat auditor hu
ius ſcientie. & facit tria primo
oſtendit quis ſit inſufficiens au
ditor. ſecundo quis inutilis. ter
tio quis ſit conueniens auditor
Secunda ibi ſequax uero. tertia
ibi qui uero. in parte prima ſic
procedit primo premittēs quod
dam pricipium ait| quiſq; bene
iudicat que cognoſcit| eorumq; bonus eſt iudex. ſingula igitur ideſt ſingulatim & diui
ſim bene iudicat de rebus is ideſt ille qui eruditus eſt in rebus ſingulis: hoc eſt ſingu
latim diſcrete ac diuiſim. ſimpliciter autem ideſt uniuerſaliter ille bene iudicat de re
bus omnibus coniuntim: qui eruditus eſt in cunctis rebus ſimul & coniuntim. diffe
runt itaq; he due propoſitiones ab ariſtotele poſite ſecundum differentiam illorum
nominum ſingula & cuncta. illa eim que diuiſim diſtribuit ſingula: in unum colligit
cuncta. hoc itaq; principio poſito: ariſtoteles concludit id quod in hac parte intendit
dicens| ex quo ſcilicet principio| fit ideſt ſequitur ut iuuenis quidem nequaq̄ ſit idone
us ideſt conueniens auditor ciuilis diſcipline. quod autem ſequatur probat philoſo
phus dicens rudis enim ideſt quia ineſpertus & inſciens earum rerum que in uita ci
uili uerſantur. ſermo autem diſcipline ciuilis ex illis & de illis rebus eſt que i uita ci
uili uerſantur. quod uero dixit ex illis & de illis pro eodem accipit. uel dic ꝙ per unū
concluſiones| per| aliud principia intelligit. ſunt itaq; iuuenes adeo rudes: ut nec res
que in uita uerſantur| nec earum nomina ſatis intelligant. ſiquidem iuueni propona
tur liberalem pauciora pro ſe reſeruare: & hominem prudentem animi perturbatio
nes aut nullas| aut moderatas habere. item ꝙ uiuere ſecundum rationem eſt uirtuo
ſum & honum: ſecundum uero animi perturbationem uicioſum ac malum. hec & hu
iuſmodi iuuenis plurimum nec intelligit| nec uix| credere poteſt. occaſione preceden
tium dubitaret aliquis ſi iuuenes ſecundum philoſophū hic non debent audire ciui
lem diſciplinam: quam igitur audient. ad hoc dicitur ꝙ ſecundum ariſtotelis precep
tionem in octauo polithicorum iuuenes liberi in tribus primis ſeptenis debent da
re operam circa quattuor ſcilicet litteras| ginaſticam| muſicam| pictiuam. per litteras
intelligit artes que in litteris ac ſermone conſiſtunt. cuiuſmodi ſunt grammatica| dia
lectica| rhetorica cui adiungitur poeſia. ginaſtica uero continet curſum| ſaltum| iactū|
luctam. muſica uero tam inſtrumentis quamuoce formatur. cui tanq̄ annexe & neceſ
ſarie adiunguntur arithmetica & geometria. ſub arte uero pingendi & figurarum|
& ſcribendi pericia comprehenditur. hec ſunt igitur in quibus ſi liberi iuuenes fue
rint ſatis exercitati: erunt ſecundum philoſophum felices. non abſolute: ſed ea (qua
poſſunt) felicitate iuuenili. his itaq; adeptis iuuenes natu grandiores circa gran
diores uirtutes operam dare debent. quibus adeptis: proculdubio abſoluta| ac
perfecta felicitate erunt ſumme felices. Sequitur illa pars. Sequax uero. in qua
oſtendit quis ſit inutilis auditor huius ſciētie. & primo philoſophus premittit intētū

Universidad de Salamanca. BGH

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicēs ſed ad huc ideſt item homo exiſtens ſequax affectibus ideſt inſeruiens deſideriis
appetitus: inaniter & inutiliter audiet ciuilem diſciplinam. illa quippe inaniter & i
utiliter dicta ſunt per interpretationem. idem enim illa ſignificant. hoc eſt igitur a-
riſtotelis propoſitum quod ſic probat|cum finis huius ſcientie ſit non cognitio uirtu
tum: ſed earum actio. ad quam ille qui affectibus inſeruit nunq̄ perueniet. talem igi-
tur hominem audire ciuilem diſciplinam eſt inane|ac inutile. cum id uanum & inuti
le dicamus quod finem non attingit. conſequenter phus iſtum comparat ad iuuenem
oſtendens ꝙ ſequax affectibus non differat a iuuene in conditione uel diſpoſitione.
uterq̧ eni eſt taliter diſpoſitus ut affectibus inſeruiat. iuuenis tamē hoc habet ex eta
te iuuenili cui proprium eſt af-
fectibus inſeruire. ille uero nō
ex etate|ſed ex cōſuetudine po-
tius habet ꝙ affectibus inſerui
at. hoc eſt igitur quod phus hic
ait|dicens|differt etate quis iu-
uenis ſit an ideſt aut moribus.
quaſi dicat quantum ad hoc qđ
eſt eſſe inutilem auditorem hu-
ius ſcientie nihil differt homi-

ſed actio Nihil autem differt etate quis iuue-
nis ſit an moribus. Non eim in tempore defec
tus ſed in uiuendo & perſequendo ſingula ſe-
cundum animi perturbationem. Nam talib9
quidem inutilis erit iſta cognitio quemad-
modum his qui incontinentes ſunt.

nem eſſe iuuenem eſſe etate uel moribus. itaq̧ ſi an tenetur ibi nō interrogatiue| ſed
diiunctiue. hoc uero phus ſic probat|quia deffectus non eſt ideſt non conſiſtit in tem-
pore: ſed in uiuendo & in perſequendo ſingula ſm animi perturbationem. quaſi di-
cat quando dicimus iuuenes & ſequaces affectibus defficere: per ſi defficere non intē
dimus ſignificare deffectum temporis|in quo tempore ſcimus illos non eſſe ſimiles:
ſed eos potiſſime ſimiles dicimus in uiuendo & perſequendo ſingula ſecundū animi
perturbationem. itaq̧ hoc modo uterq̧ ab utroq̧ nomen recepit. eſt eim uterq̧ iuue-
nis|& uterq̧ ſequax affectibus quantum ad hoc ꝙ uterq̧ uiuit & ſingula perſequitur
ſecundum animi perturbationem. de quibus ariſtoteles quod in principio propoſuit
concludit dicens|talibus quidem igitur inutilis erit iſta cognitio ſcilicet que in ciui-
li ſcia traditur. dictio uero illa namq̧ tenetur hic complectiue| nihilq̧ ad ſententiam
addens. conſequenter phus id quod dixit exemplo illuſtrius faciens: inquit quēadmo
dum his hominibus qui incontinentes ſunt. itaq̧ ſecundum phum hic oms illi ſūt hu
ius ſcientie inutiles auditores: qui ſuas cupiditates rationi non ſubiiciunt. ſiue hoc
proueniat|ex etate iuuenili|ſiue ex uicio|ſiue ex incontinentia: nihil differt. licet eim
in aliquo defficiat: tamen oms iſti regulariter & ut plurimum ſunt inutiles auditores
huius ſcientie. nec ergo ercle intelligo illam ineptam diſtinctionem quorūdam diſtin
guentium hic inter uicioſos & incontinentes: cum phus hic quantum ad hoc quod ē
inutiles eſſe auditores huius ſcientie inter eos non differat. uel dic & forte melius ꝙ
philoſophus non intendit dicere iuuenem eſſe inutilem auditoré huius ſcientie: ſed
ꝙ ſequax affectibus ſit inutilis auditor ſiue ſit iuuenis ſiue alterius etatis. & ex hac
littera phi tria notantur. primo ꝙ iuuenis non ſolum eſt huius ſcientie auditor non
idoneus ut loco primo dicebat: uerūetiam eſt inutilis ut hic aſſerit dicens non differ-
re affectibus ſequacem a iuuene. ſecundo notatur ꝙ hec ſcientia ſit pratica & non ſpe
culatiua. cum eius finis ſit non cognitio|ſed actio. ut enim in noſtris prohemiis tan-
gebamus: ſpeculatiua ſcientia & pratica per hoc differunt: ꝙ illius finis eſt cognitio
que eſt intellectus perfectio: huius uero finis eſt operatio appetitus|uel alicuius alte-
rius potentie operatiue. hoc dico propter artem in factibilibus cuius finis non uide-
tur appetitus operatio: ſed potius illa exterior factio que ad materiam exteriorem ter
minatur. hinc eſt ꝙ philoſophus tertio de anima & ſexto ethicorum intellectum ſpe
culatiuum dixit ſcientificum: praticum uero operatiuum. eſt itaq̧ hec denominatio a
fine. ſcientificus eim dicitur quaſi ſcire ſolū intēdat: operatiuus uero quaſi eius finis
ſit nō cognitio ſed opatio. eodēq̧ modo diſtingūtur re|ac noie illius & iſtius habitus.
itaq̧ ſolus hitus itellectus ſpeculatiui dr̄ ſcia ꝓprie: cū ſcia a ſciēdo uł cognoſcēdo di-
cat̄. hitus uero itellectus pratici ut nup dicebamus: magis ars aut prudētia iure debet
noiari. tertio notatur ꝙ inutiles huius ſcie auditores ſūt nō ſolum uicioſi ex natural

uel conſuetudine: uerūetiam incontinentes. & ut breuiter omnes comprehendam: in
utiles auditores huius ſcientie ſunt quicunq̧ cupiditates ſuas rationi non ſubiciunt.

Qui uero cupiditates ſuas rationi ſubiici-
unt iſta ſcire multum admodum proderit.

Sequitur illa pars. Qui uero.
in qua oſtēdit quis ſit huius ſci
entie auditor cōueniens. & di-
cit qui uero cupiditates ſuas ra
tioni ſubiciūt. i. ſubiecre uolūt
his hominibus ſcire iſta que in hac ſcientia traduntur multum admodum. ideſt ual-
de proderit. & eſt auertendum ꝙ phus hic per cupiditates intelligit affectus quos ani
mi perturbationes ante appellabat. itaq̧ idem ſignificant hec tria|cupitas|animi egri
tudo|affectus· & hec omnia ut in libro ſecundo oſtendemus ſunt in appetitu. occaſio-
ne precedentium aliquibus uidetur ꝙ hec ſcientia ſit aut uana| aut ſaltem nō neceſſa
ria. ſi enim ut inquiunt bonis proponatur: erit ſuperflua. nō enim ipa indigent cum
ſine ipa boni ſint. ſi quidem proponatur malis: erit inutilis. cum mali in eius finem
nunq̄ perueniant. erit igitur uana|aut ſaltem non neceſſaria. cum non ſint plura ho-
minum genera|quibus proponatur. ad hanc queſtionem multi multifariā dicunt. his
tamen ommiſſis que mihi inepte uidentur ſolutiones: aliter dicere conſueui. circa qđ
duo ſunt conſideranda. primo ꝙ legalis & moralis multifariam differunt. & preſer-
tim ut libro decimo demōſtratur differūt per hoc ꝙ legalis habet uim coactiuam|mo
ralis uero non habet uim coactiuam|ſed tātum ſuaſiuam. itaq̧ ſcientia legalis non ſo
lum ſuadet|ſed etiam homines cogit bene|ac uirtuoſe uiuere. ſcientia uero moralis
non cogit: ſed tantum nobis ſuadet bene ac iuſte uiuere. hinc eſt ꝙ illa coactiua| hec
uero ſuaſiua nuncupatur. ſecundo conſiderandum ꝙ ſm philoſophū decimo metha-
phiſice|quod etiam ex ſecundo ethicorum manifeſtius fiet: inter bonum & malum ē
dare medium. itaq̧ ſunt homines qui nec boni ſunt actualiter|nec mali. tales autē ſūt
qui nec uirtuoſo |nec uicioſo habitu ſunt informati. huiuſmodi ſunt iuuenes: natu-
ra ingenui|ac nobiles|qui artibus iuuenilibus de quibus parum ante dicebamus ſatis
docti ac inſtructi erunt. itaq̧ poſtq̄ has artes que eos ad meliora diſponebant relique-
rint: anteq̄ ad uirtutes morales que ſole homines bonos faciunt perueniunt: neq̧ ſūt
mali|nec boni actualiter. ſunt tamen diſpoſiti ut facili ſuaſione ad uirtutes trahātur.
his igitur habitis: ut mihi uidetur facile eſt reſpondere ad illam cauillationem. nos
itaq̧ ſic|dicimus ꝙ ariſtoteles hanc de moribus ſcientiam proponit non prauis homi
nibus|nec eis qui iam in uirtute perfecte ſint conſtituti: ſed illis hominibus eam tan-
tummodo proponit qui ſic diſpoſiti ſunt ut eorum cupiditates facile rationi ſubiici-
ant. hec eſt igitur de qualitate auditoris doctrina hic ab ariſtotele ſemel poſita. & in
capitulo ſequenti|aliiſq̧ locis tam ethicorum q̄ polithicorum frequenter repetita. a-
liqui uero addunt ꝙ hec ſciētia ultra hoc quod diximus erit utilis uirtuoſis homini
bus. non inquiunt ut uirtutes adipiſcantur|ſed ut in adeptis uirtutibus conſeruetur
Sed licet iſtorum dictum modo aliquo ueritatem habeat: tamen nihil facit ad propo-
ſitum. non enim ariſtoteles homines in uirtute perfecta conſtitutos hic uocat auditū
hanc ſcientiam|ſed ut diximus illis tantummodo eam proponit qui ſic ſunt diſpoſiti
ut ſine aliqua uiolentia ſola ſuaſione cupiditates ſuas rationi ſubiiciant. tales autem
ſunt iuuenes: natura ingenui|qui in primis tribus ſepteniis liberorum artibus ſint
ſatis inſtructi. nec eſt omnino ſimile de ſanitate|& uirtute morali. poteſt enim fieri ut
quis medecine ignarus perfectam habeat ſanitatem. nemo tamen poteſt habere perfe
ctam moralem uirtutem niſi fuerit in prudentia inſtructiſſimus|ac ciuili ſcientia do-
ctiſſimus. ſanitas nanq̧ ex natura trahitur|uirtus autem moris non natura| ſed pru-
dentia|ac ciuili ſcientia comparatur & adquiritur. ille igitur ignarus medecine ſani-
tatem habens perfectam audire debet medecinam que ad naturalem ſanitatē tuendā
multum admodū proderit. eēt tamē ridiculum ſiquis hominē doctiſſimū ac in mede-
cina expertiſſimū perſuaderet|ac uocaret auditū medecinā qua ſuam tueretur ſanita
tem. eſſet quippe melius ꝙ hic talis alios doceret|q̄mq̧ ab aliis audiret. erit itaq̧ recte
factum ſiquis eum perſuaſerit ut doceat|nō autem ut doceatur. homo uero perfectam
moralē uirtutē nō poteſt habere ſine perfecta prudentia|que ex ciuili ſcientia| aliiſq̧
multis cōparat̄. qđ libro ſexto melius demonſtrabit̄. hēt itaq̧ oīs uirtuoſus pfectiſſie
ſciētiam qua ſuā tueat̄ uirtutē. talis igit̄ rogādus eſt nō ut eam quā habet ſcientiā au-

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

diat: ſed potius ut nos in ea ſcientia qua ad recte uiuendū indigemus inſtruat ac do-ceat. ſi eim uirtuoſū huius ſcientie conſtituas auditorē: quē dabis ipius doctorē? pro-fecto ſi recte ſentio, neminē. ſi igitur ridiculū eſt perfectū ac doctiſſimū cuiuſq ſcien-tie preceptorē in eius auditorē cõuertere: erit quippe diriſio nõ parua uirtuoſū ſciē-tie ciuilis auditorem coſtituere ut ab alio male capiat que ipe melius ſentit| atqꝫ ſapit

Ac de auditore qdē & quēadmodū accipiē-dū ſit: & qd ꝓpõam⁹ hec ꝑfatos eſſe ſufficiat.

Voniam uero ut prediximus omnis cognitio atqꝫ electio bonū quoddam affectat. uideam⁹ quid eſt id quod ciuilem di-cimus affectare & quod oium agibilium ſup-premum eſt bonum. Nomine quidem om-nes fere conſentiunt felicitatem eim, uulgus ſimul eruditiqꝫ appellãt. Sed & bene uiuere & bene agere pro eodē accipiunt: & felicem eſſe.

ſed de his attenus. Sequitur illa pars. Ac de auditore quidē. in qua ariſtoteles ultimo epilogat in ſūma ea que in toto fere pro logo dixerat. nõ tamē eo ordine epilogat quo ab eo dicta fuerãt ſed primo id reſumitur quod ul timo dictum erat. id uero quod loco primo tractabatur hic lo-co poſtremo reſumitur. quod autem ibi ſecundū obtinebat lo cum: hic eūdem etiam retinet. dicit ergo| & de auditore quidē hoc eſt de huius ſcientie audito ris qualitate. & queadmodū ab eo qui eruditur ſit recipiēdum preceptiones que ab huius ſcientie preceptore traduntur. & quid proponamus ideſt de quo in hac ſcientia tractare intendamus ſufficiat nos hec ante dicta eſſe prefatos ideſt preloquutos. ex hoc uerbo apparet ꝙ totum hoc quod preceſſit ariſtoteles premi ſerat ut pote in ethicorū libros prefatione. quod autē in epilogo loco ultimo poſuit fuerat tractatum ab ea parte quiſqꝫ bene iudicat uſqꝫ ad hanc partem que prologi eſt ultima. ſecunda uero expedita fuerat a principio capituli ſecundi uſqꝫ ad illam quiſqꝫ bene. tertia quidē tractabatur a principio libri in primo & ſecundo capitulo uſqꝫ ad principium tertii capituli. in quibus demonſtratum eſt qd tandē hec ſcīa intenderet.

Voniam uero ut prediximus. ſm ordinē a nobis prius inſtitutum hic incipit ſe cundus tractatus. qui eſt de quiditate| ſeu diffinitione felicitatis. & cõtinet ſex capitula in primis quattuor determinat phus de felicitate ſecundū aliorū opiniones in duobus uero ultimis. ſ. quinto & ſeexo determiãbit de felicitate ſm propriā opio-nem. ſecundū ibi ſed nos redeamus. tertium ibi his igitur õmiſſis. quartum ibi rur-ſus uero. quītum ibi enſuero felicitatem. ſextum ibi ſcrutandū eſt. i capitulo primo narrantur opiniones aliorum de felicitate| & oſtendit qualiter de eis ſit conſiderãdū. ſecūda ibi cũctas igit. & ī pria pte prio intētū ꝑmittit ſecūdo ꝓſequit ſecūda ibi noīe quidē. dicit ergo| quoniã uero oīs cognitio. i. cognitiuus habitus| atqꝫ electio bonum quoddam affectant ideſt in bonum quoddam referuntur ut prius diximus in ea ſci-licet prima libri parte oīs ars| oīſqꝫ doctrina: quoniã in quã ita eſt uideamus quid ē id & quid oīm agibiliū ſupremū eſt bonum. quod bonum ciuilē dicimus affectare. ideſt de quo bono ciuilem ſcientiã dicimus tractare. eſt itaqꝫ ariſtotelis intentio oſtendere quid ſit illud ſūmum bonum: de quo ſupra in prefatione tria dixerat. primo omēs ar-tes| doctrinas| actus| & electiones referri| aut ordinari in ipm. ſecūdo in principio ca-pituli ſecundi demonſtrauit ꝙ illud bonum eſſet oium agibilium ſupremū: i eodem quoqꝫ capitulo demonſtrauit ciuilē ſcientiã de hoc ſūmo bono conſiderare. hec igitur tria ariſtoteles de ſummo bono hac de cauſa primo propoſuit: & hec iterum ea reſu-mit: ut oſtenderet de tali bono non ſine cauſa ſumopere conſiderandum| ac tractan-dum. hec uero tria non eo ordine quo prius ſunt tractata: hic reſumuntur| ſed terti-um parentheſim faciens poſuit inter primum & ſecundum. ex hac philoſophi ſentē-tia ſatis ut prius dicebamus plane intelligitur ꝙ in ea parte omnis ars omniſqꝫ doc-trina non loquebatur de bono uniuerſi quod eſt deus ut aliqui putauerant. illud qui-dem ibi propoſuit quod hic proſequitur. hic uero id proſequitur quod ab homine a-gi & poſſideri queat. Sequit illa pars. Noīe quidē. hic ꝓſeqt ꝓpoſitū & prio tãgit id ī quo oēs cõueniūt. ſecūdo id ī quo dſnt. ſecūda ibi, qd uero ipa. dicit igit oēs fere hoēs tã ſapiētes q̃ inſipiētes q de bono ſūmo loquūtur cõueniūt qdē ī noīe. qa uulgus. i. uul

gares inſiptētes & erudite ſapiētes ſimul. i. ſimiliter appellãt. i. nominant ipm ſūmū bonum felicitatē. & pro eodem accipiunt bene uiuere & bene agere| ac eſſe felicem. itaqꝫ ipm ſūmum bonum appellant oms felicitatem. hoiem uero qui illud poſſidet bo num dicunt bene uiuere & bene agere| ac eſſe felicem. hec eim tria apud uniuerſos idem ſignificant. & cum dixit phus ſed et: ſi ſed cõplectiue| aut replectiue tenetur. ni hil eim ad ſententiã addit| nihilqꝫ ſentētie detrahitur: ſi illud ſed auferatur. et quãdo phus dicit oms cõuenire in nomine: intellige de hominibus eiuſdē lingue. quoniam gentes diuerſarū linguarū diuerſis noibus appellabūt ſūmū bonū. uel dic ꝙ illa noia erunt in uoce diuerſa in re uero ſignificata idem erunt nomen. oms quidem intelli-

Quid uero ipa felicitas ſit: de eo ſane inter ſe diſcrepant nec idem uulgus ſapienteſqꝫ tra-didere. Nam alii quidam ex his que clara & manifeſta ſunt: ut uoluptatem aut diuicias aut honorem alii item aliud. Nõnunq̃ etiã unus & idem diuerſa. Egrotans eim ſanitatem pauper diuicias ignorantie ſue conſcii eos qui magnum aliquid & ſupra ſe dicunt admiran-tur quidam uero & preter hec bona aliud qui-dam ipſum per ſe eſſe putant quod cauſa ſit omnibus his cur bona exiſtant.

gent eã rem que ſūme bona eſt. Sequitur illa pars. Quid ue-ro ipa. in qua oſtēdit in quo dif ferant loquentes de felicitate. & tangit tres diuerſitates ſecun da ibi alii itē tertia ibi nõnūq̃. in prima ſic procedit primo tan git id in quo oms diſcrepant di cens| quid uero. i. que res deter-minate & in ſpecie ſit ipa felici tas: de eo ſane iter ſe diſcrepãt qua ſidicat iſtud eſt in quo omēs diſcrepant. ſ. que ſit ea res ī qua conſiſtat felicitas ac ſūme bonū nec idem ideſt eãdem rem deter minate tradidere ſapientes & uulgus. Nam alii quidem. ſ. uul gares tradidere felicitatē eſſe ex his rebus que ſunt clara & magnifeſta ſenſui: ut uo-luptatem| aut diuicias| aut honorem. Sequitur illa pars in qua ponit ſecundã diuerſi-tatem que penes uulgares attenditur & hec tangitur ibi. Nam alii quidã ex his que clara dicit ergo philoſophus item. i. etiam alii. i. uulgares aliud tradidere. hoc eſt uul gares diuerſi diuerſa tradidere eſſe felicitatē. quaſi dicat nõ ſolum uulgares felicita-tem tradiderūt eſſe aliud q̃ ſapientes: uerūetiã ipimet uulgagares inter ſe diſcrepãt. itaqꝫ oms uulgares in hoc cõueniunt ꝙ felicitatē putãt eſſe aliquod bonū ſenſibile qd oibus eſt claru & manifeſtū: inter ſe tamē differūt qm eorū aliqui id bonū putãt eſſe uoluptatē. ut intēperati. alii diuicias ut auari. alii honorē ut ambicioſi. in his itaqꝫ tri bus bonis diſtribuit oīs de felicitare uulgaris opīo. quid uero ſapiētes circa hoc ſenſe re ultimo loco ponet phus. Sequit illa ps. Nõnunq̃ etiã. in qua ponit tertiã diuerſi tatē q̃ ſumit reſpectu eiuſdē hoīs ſm diuerſas diſpoſitioēs. dicit igit ꝙ aliquãdo etiã unus & idē homo diuerſã putat eſſe felicitatē. egrotãs eim ſanitate putat eſſe felicita tē ac ſūme bonū. ipe idē pauper. i. in paupertate exiſtes diuicias putat eſſe felicitatem hoies uero ſue ignorãtie conſcii. i. ignorantiã ꝓpriã cognoſcētes eos tanq̃ felices ad mirãtur qui dicut magnū aliquid & ſupra ſe. i. ultra ſuorū intellectū. itaqꝫ ignorãtes ſuã cognoſcētes ignorantiã: ſapiētes| aut eos quos ſapiētes credūt putant eſſe felices| atqꝫ ueneratione ſimul & admiratiōe dignos. cauſa uero iſtius ultime differētie illud quia finis ultimi eſt conditio ꝙ ſit maxime deſideratus. ac inde natum eſt ut id quod maxime deſideratur ſūmum bonum eſſe credatur. indigentia uero cuiuſqꝫ rei auget eius deſiderium. atqꝫ quanto indigētia maior eſt: tanto eius deſiderium magis creſcit. & oīa quidem hec pertinēt ad uulgarē opīonem. preter uulgares uero ſunt ſapientes quidam. ſ. platonici que preter hec bona ſenſibilia putant aliud quidam eſſe per ſe ip ſum ideſt ſeparatū diſcretum| atqꝫ diuiſum quod ſit cauſa oibus his ſenſibilibus bonis cur ideſt propter quã cauſam oīa hec prefacta bona exiſtant. itaqꝫ platonici ſicut in ce teris rebus: ſic ut ariſtoteles reffert in bonis ponebant bonum unum a ſenſibilibus ſe paratum. quod bonum per ſe bonum erat| aliiſqꝫ cauſa cur bona exiſterent. non enim concedebant platonici ꝙ hec alia eſſent bona: ſed quod eſſent bona per participatio-nē. Et pro littere intellectu eſt aduertendū ꝙ illud pronomē ipm tenet hic diſcretiue itaqꝫ ſi ipm ſignificat illud bonū eſſe ab aliis bonis diſcretū. i. diuiſū atqꝫ ſeparatum.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Itē illa dictio cur nō teneť hic interrogatiue| ſed relatiue.refert eīm illā dictionē cau
ſa.itaqꝫ idem eſt dicere cur bona exiſtāt ac ſi dixeris propter quā cauſā bona exiſtant.

Cūctas igitur opinioēs ſcrutari ſupuacane
um forſā eſſet Sufficiet aūt ſi illas q̄ apparen-
tes ſūt aut rationē aliquam habere uideantur.

Nec uero nos lateat differre eos ſermones
qui a principiis ſunt & eos qui ad principia
Recte eīm Plato dubitauit queſiuitqꝫ utrum
a principiis uia ſit an ad principia quēadmo-
dum ī ſtadiis ab his qui premia ponūt ad finē
uel contra incipiendum quidem a notis eſt.
Sed hec bifariam. Alia eīm nobis nota ſunt:
alia ſimpliciter. Nos fortaſſe ab his que no-
bis nota ſunt incipere debemus.

Cunctas igiť opiniones hec ē
ſecūda ps pricipalis iſtius capl'i
ī q̄ ponit modū ſcrutādi prefac
tas opiōes. & hec tres cōtinet
ꝑticulas.primo oñdit de qbus o
portet inqrere & de qbus nō.ſe
cūdo oñdit quo ordie ſit cōſide=
rādū de huiuſmodi opionibus.
tertio q̄l'r eē debet diſpoſitus q
talia audire debet. ſcd'a ibi nec
uero tertia itaqꝫ bene.dicit prio
cūctas igiť opiones ſcrutari for
ſā eſſet ſupuacaneū.i.ſupfluum
ualde & ſane.ſufficiet āt ſi ſcru
temur illas opiones q̄ apparētes
ſūt.i.aliquā ueritatis apparētiā
hñt:aut rōnem aliquā hēre ui=
deātur.ē itaqꝫ hoīs ſapiētis| atqꝫ
prudētis eas opiones ſcrutari q̄ ueritatis aliq̄m hñt apparētiā| aut rōnem.q̄ uero tales
nō ſūt nec reſpicit| nec dignať reſpicere.illas igiť de felicitate opiones ariſtoteles hic
ꝓſeq̄tur q̄ ueritatis ſaltē apparētiā| aut rōnem aliquā hēre uideantur.& cū dixit phus
q̄ apparētes ſūt| aut rōnem aliquā hēre uideātur: ꝑ opiones apparētes intelligit eas q̄
rōnem nullā hñt| aliqbus tamē hoībus apparēt uere.ꝑ alias uero intelligit eas q̄ uere
nō apparēt| hñt tamē aliquā ueritatis rōnem ſaltē apparentē.uel dic & melius ꝙ phus
idē intelligit ꝑ utrūqꝫ.idē eī eſt opinionē eſſe apparentē| ac ſi dixeris ueritatis hēre ali
quā ſaltem apparentem rationē.Sequitur illa pars. Nec uero nos lateat.in qua oſtē
dit quo ordine ſit hic cōſiderandū de huiuſmōi opionibus| ac ſimpl'r in tota materia
morali.pro cuius intellectu cōſiderandū ꝙ ſm phum in locis pl'ibus preſertim libro
poſteriorū demōſtratio bifariā diſtinguitur.eſt eīm quedā demōſtratio procedēs a pri
oribus ad poſteriora.ſ.a cauſis ad effectus.& hec merito a phō dicta eſt demonſtratio
ꝓpter quid.altera uero ē demōſtratio q̄ procedit a poſterioribus ad priora.ſ.ab effec=
tibus ad cauſas.& hec a phō appellari cōſueuit demōſtratio quia.ſic dicta:qm̄ hñs ta=
lem demōſtrationē nō cognoſcit ꝓpter quid ita iſt:ſed tantū uidet qa ita eſt.i.ꝙ ita ē.
itaqꝫ illa dictio quia ſumitur ibi a phō pro hac cōiunctiōe ꝙ.eſt etiam ſecūdo hic con
ſiderandū| ꝙ entia ſe hñt trifariā.ſūt eīm aliqua in ſe & ſimpl'r magis nota| nobis ue=
ro minus nota.huiuſcemodi ſūt prima entia uniuerſi a materia ſeparata:& uniuerſa=
liter cauſe rerū tam naturaliū quā moraliū.alia uero ſūt entia minoris entitatis| at ꝑ
hoc in ſe & ſimpliciter minus nota| nobis tamē ſunt magis nota.huiuſmodi ſunt effe
ctus & opationes tam naturaliū quā moraliū.hec eīm ſenſui ac humano intelloctui
magis ſunt ꝓporcionata.alia uero ſunt que eadem in ſe & etiā nobis ſunt notiora.ta
lia uidemus entia mathematica.oīs quippe demōſtratio atqꝫ doctrina ſm ariſtotelis ꝑ
ceptionē procedere debet a nobis notioribus.hinc eſt ꝙ in phiſica & morali argumē=
tationes plurimū ſūt demōſtratioēs quia. q̄ pauciſſime uero propter quid.im mathe=
matica aūt quā plures demōſtratioēs ꝓpter quid inueniūtur.his hitis: patet qd phus
hic ſibi uelit cum ait| nec uero nos lateat eos ſermones.i.argumētatioēs| uel demōſtra
tiones qui.ideſt q̄ ſunt a principiis intellige ad principiata & eos ideſt eas que ſūt ad
principia| intellige a principiatis differre ideſt differētiā| ac diuerſitatē inter ſe habe=
re quod ariſtoteles ſic probat| recte eīm plato dubitauit & queſiuit utrū in ſcientia at
qꝫ doctrina ſit uia ideſt proceſſus a principiis intellige ad principiata| an ideſt uel ad
principia intellige a principiatis.& ponit exemplū dicēs quēadmodū in ſtadio intelli
ge eſſe poteſt curſus ab his hominibus qui premia ponūt ad finē ſtadii.uel econtra.ſ.
a fine ſtadii ad eius principiū ubi ſūt illi qui premia ponunt.intellige ita ac ſimiliter
eſt in ſermonibus demōſtratiuis.ſūt eīm alii aprincipiis. & tales ſūt demōſtrationes
propter quid.alii uero ſūt ad principia.& hic ſunt demōſtratioēs quia.& ī omī quidē

doctrina eſt incipiendū.i.procedendū a notis.ꝑ innota eīm nulla preceptio| nullaqꝫ
doctrina tradi poſſet.ſed hec.ſ.nota bifariā ſūt.alia eīm nobis nota ſūt| alia ſimplici=
ter.i.in ſe & abſolute:nulli intellectui cōparata.nos fortaſſe ab his q̄ nobis nota ſūt
incipere debemus.itaqꝫ tam hic cōſiderādo aliorū de felicitate opiones:quā ubiqꝫ pro
cedendū eſt a notioribus nobis ad ea q̄ nobis ſūt minus nota.& hoc eſt qđ phus hic ī=
tēdebat.& poſuit ibi illā dictionē fortaſſe ut teneret modū ſapiētis cuius eſt in rebus
dubie loqui.ſm eīm ipm̄ in ſecūdo ſue rhetorice hec eſt una differētia inter antiquio
res ſapiētes & iuniores inſipiētes.oīa hec ſūt hic deducta ab ariſtotele occaſione opio
num de felicitate quas hic pertractare intēdit.plato quidē felicitatē poſuit ī re nobis
inota| alii uero oēs in re aperta| nobiſqꝫ manifeſta.hec igitur introducta ſūt a phō ut
appareat ꝙ primo pertractāde ſūt opiniones ille q̄ in re nobis manifeſta felicitatē po
ſuere| poſtremo uero loco conſi
derāda ſit opio platonica.

Itaqꝫ bene inſtitutū moribꝰ eē oportet eū q
de honeſtate & iuſtitia & ōni ciuili rōne ſuffi-
ciēter ſit auditurꝰ.Nā pricipiū ē qa & ſi hoc
ſufficiēter cōſtat nihil opꝰ erit ꝓpter qd. ſed
q ita iſtitutꝰ ē:aut iā hēt pricipia aut certe fa-
ciliter capiet cui uero neutrū iſtorū adſit is au
diat Heſiodū optimꝰ ille qdē q ꝑ ſe oīa noſcēs
ꝑceptor ſuꝰ ipē ſibi meliora ꝑegit. Ille bonus
rurſū monitꝰ q recta ſeq̄ť q nec ipē uidet neqꝫ
credit recta monēti. Hic nulla in ꝑte utilis ē.

Sequi
tur illa pars. Itaqꝫ bene. ī qua
oſtēdit qualiter eſſe debet diſpo
ſitus qui talia audire debet.pro
cuius itellectu cōſiderātur duo
primo ꝙ in ſciētiis opatiuis cu
iuſmodi eſt quā premanibus ha
bemus| ſiquis habeat principiū
quia.i.cognouerit ꝙ ſic eſt nō ē
neceſſe ad operādū habere prin
cipiū ꝓpter quid. hoc eſt cauſā
ſcire propter quā ſic eſt.ſi eī cog
nouerit ꝙ talis herba colerā e=
uacuat:poterit colerā euacuare:
etiā ſi nō cognouerit ꝓpter qd
illa herba talē hebeat effectū.in hac itaqꝫ ſciētia de moribus ſi quis pricipia qa habue
rit:poterit uirtuoſe opari etiā ſi cauſā ignoret.ut ſi cognouerit ꝙ tales opationes ho=
minē faciūt tēperatū:poterit ille tēperate opari:etiā ſi ignoret cauſā ꝓpter quā ille o=
perationes hoīem tēperatū faciāt.ſecūdo eſt hic reſumēdum id ꝙ nuper de auditore
diſſerebamus.illi itaqꝫ iuuenes natura ingenui| ac liberorū artibus ſatis inſtructi hu=
ius ſciētie pricipia quia:aut iam habēt:aut ea facile ex preceptore cōprehēdere poſſūt
His igitur notatis:patet quid littera dicat.q̄ ſic incipit| itaqꝫ oportet eſſe bene inſtitu
tū moribus:hoc eſt natura & exercicio bene diſpoſitū ad mores eū hoīem:qui ſit audi
turus ſufficiēter.i.cōuenientēr de honeſtate & iuſtitia & omni ciuili ratione:hoc ē de
rebus honeſtis & iuſtis & ceteris de quibus in hac ciuili ſcientia tractatur. cuius rati
onem phus aſſignat dicēs nā eſſe bene inſtitutū moribus ē in hac ſciētia principiū qa
quaſi dicat ille homo qui natura & cōueniēti exercicio bene diſpoſitus ē ad mores fa=
cile cōprehēdit quia.i.ꝙ ita res ſe habēt:ſicut in ciuili ſciētia traditur. & tamē ſi hoc
.ſ.principiū quia cōſtet ſufficiēter hoc eſt perfecte intelligatur:nihil opus erit ꝓpter
quid.quaſi dicat nō erit neceſſariū hēre pricipiū ꝓpter quid.qđ pricipiū eſt rei cauſā
cognoſcere.ſed ille qui ita.ſ.bene ē inſtitutus.i.diſpoſitus ad mores| aut iam hēt pri=
cipia.ſ.quia:aut capiet recte faciliter.intellige a preceptore.itaqꝫ ille q natura & arte
eſt bñ diſpoſitus ad mores| aut q ꝑ ſeipm̄ poterit hēre ciuilē ſciētiā: aut facile ab alio
eam habebit.cui uero neutrū iſtorū.i.iſtarū duarū cōditionū aſſit.i.exiſtat:is.i.ille ta
lis:audiat eſiodū poetā ſic dicentē.optimus ille quidē eſt qui oīa noſcēs per ſeſe.i. ꝑ
ſemetipm̄ preceptor ſuus.i.ſuimet peregit.i.perfecte egit meliora. ītellige oīa prio=
ra q̄ in eo preexiſterāt ipm̄ ad meliora diſponēdo.rurſū ait eſiodus:ille bonus ē q mo
nitus ab alio.ſ.ſequetur recta.qui nec ipē adde per ſeipm̄ uidet.i. ītelligit.nec credit
recta monēti:hic.i.talis nulla ī parte utilis eſt.Hec uero introducta ſūt hic ab ariſto=
tele occaſiōe opionū de quibus ī ſequēti capl'o tractare incipit. cupiebat itaqꝫ phus ta
les harū opionū eē auditores.q̄les eē uoluit totius ſcīe ciuilis.& hoc ut recte iudicare
poſſēt an ab aliis de felicitate tradita uera eſſēt| an potius illa q̄ ipē docuerit. & quod
phus ī littera dicebat de honeſtate & iuſtitia dictū intellige ꝑ eodē.iuſtū eī & iuſtitia
noīa ſūt ſatis uſitata pro oī honeſto atqꝫ honeſtate.aut ſi magis placet poteſt dici ꝙ ꝑ

b

Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

iuſtitiā ītelligit legalia[ per honeſtatē uero cetera alia uirtuoſa. & ꝑ ciuilē quidē rōnē intelligit alia de qbus ī hac ſcia tractaṫ: ut ē amicicia uoluptas cōtinētia & huiuſmōi. ſub his quoq; eorū oppoſita cōphēdēda uideṫ. itē pōderādū ē illud uerbū monitus illud etiā monēti. nō eī dixit doctus aut docēti: eo ꝙ ciuilis ſcia potius monere aut ſuadere dṙ q̄ docere. nō ē eī hec ſcia doctrinalꝭ ut ex dictis modo aliquo iā patet[ & ex libro ſexto appertius uidebitur.

Ed redeam⁹ unde digreſſi ſum⁹ bonū & felicitatē nō abſq; rōne: ex modo uiuēdi exiſtimare uidētur. Nam uulgus quidem atq; honeroſiſſimi uoluptatem. Quapropter & ipi uitam adamant uoluptuoſam.

Ed nos redeamus unde digreſſi. hoc ē ſecūdū caplm huius ſecūdi tratatus. ī quo phs pſeqṫ opiones ponētiū felicitatē cōſiſtere ī aliquo bono manifeſto ptinente ad uitā hūanā. & diuidiṫ ī ſex ptes. ī pria dicit redeūdū eſſe ad ꝓpoſitū[ a quo digreſſionē fecerat. poit etiā unū beñ ac uere dictū ī quo oēs couenīūt opiones de qbus hic cōſiderat. ſecūdo ibi nā uulgus qdē ponit & impbat opionē ponētiū felicitatē ī uoluptate. tertio ibi elegātes aūt ponit & impbat opionē ponētē felicitatē ī honore. q̄rto ibi atq; eā fortaſſe. poit atq; ī pbat opionē ponētē felicitatē ī uirtute. qnto ibi tertia ē cōtēplatia. facit mentionē de uita cōtēplatia. ſexto ibi peccuniis uero impbat opionē ponnetē felicitatē ī pecuniis. pro intellectu pric ptis ītelligenda ſūt duo. prio ꝙ ab ea pte cūctas igiṫ uſq; ad hāc digreſſus ē ariſtoteles a ꝓpoſito. cū eī aliorū opiones de felicitate cōſiderare incepat: interpoſuit modū cōſiderādi de talibus. hec itaq; ps niſi fuiſſet digreſſio: cōtinue eēt ponēda poſt illā pticulā qꝺ cauſa ſit oībus his cur bona exiſtāt. itaq; ubi poniṫ cūctas igṙ deberet poni bonū & felicitatē nō abſq; rōne exiſtimare uideṅṫ. ſecūdo notādū ꝙ oēs opiones q̄s hic phs impbat couenīūt ī hoc ꝙ felicitatē ponūt ī aliquo bono ad uitam humanā ptinēte. & hoc a pho tanq̄ rationabilṙ ac uere dictū apbaṫ. hoc eī modo finis & ea q̄ ad finē ordianṫ erūt ꝓportōnata. itaq; ſicut agibilia ī finē ordīata: ſic etiā & ipſe finis erit de rebus hūanis. tū etiā qa ut iā patebit felicitas ē agibiliū ultimū qꝺ ab hoīe agi & poſſideri queat. his hitis patet qd hec pria ps dicere uelit[ cū dicit ſed nos redeamus unde digreſſi ſumus. i. ad eā ptem ulꝭ locū a quo diſceſſimus. itaq; illa dictio unde a pho hic nō poniṫ introgatie: ſed relatie ulꝭ infinite. hoc hito: poit phs illud dictū cōmune cūctis opionibus[ dicēs oēs iſti de quorū opionibus hic ſcrutari ītēdimus nō abſq; rōne. i. nō irrationabilṙ uideṅṫ exiſtimare bonū & pro. i. felicitatē ex modo uiuēdi. i. de numero eorū q̄ ad uitā hūanā ptinent. hoc ē itaq; ī quo oēs iſti uere ac melius q̄m plato dixere. cuius rei cauſa ut iā diximus bifariā eſt. pria qa finis & ea q̄ ſūt ad finē eſſe debēt ꝓportionata. itaq; ſi ea q̄ ſūt ad finē hūana ſūt: & finis quoq; eſſe debet de rebus hūanis. alia aūt & uerior aſſignaṫ cauſa[ qa finis ultimus eſſe debet talꝭ q ab hoīe agi & poſſideri q̄at. qꝺ uero phs dixit bonū & felicitatem: ꝑ eodem dixit. itaq; illa cōiunctio & nō copulatie[ ſed expoſitiue hic a pho poniṫ. Sequiṫ illa ps. Nā uulgus. ī q̄ phs ponit & impbat opionem ponētiū felicitatem ī uoluptate. ſecūda ibi uulgus igiṫ. in pte pria duo facit. prio poit hāc opionem. ſecūdo ex īcidenti diſtīguit tres uitas. ſecūda ibi tres eni. & dicit uulgus qdem. i. uulgares hoīes atq; oneroſiſſimi hoc eſt ad onera portāda aptiſſimi[ uoluptatem[ intellige eſſe putāt felicitatem. q̄ꝓpter et ipi uoluptuoſā uitā adamāt. i. maxīe amāt. itelligenda ſūt hic tria. prio ꝙ illa dictō nā nō teneṫ hic cauſalṙ[ ſed cōplectīe. nihil eim ad ſententiā addit. nihilq; etiā ſubtracta ſnīe detrahit. illa quoq; cōiunctio & q̄ poniṫ poſt li quaꝓpṫ repletie teneri uideṫ. ſecūdo ītelligendū eſt hic ꝙ aliq ꝑ oneroſiſſimos hoīes quos antiq̄ traditio dixit grauiſſimos dicūt phm ītellegiſſe uiros graues ſapia & uirtute. cuiuſmodi fuere eudoxus[ et ariſtipus[ ſuiq; fautores. alii uero dicūt illud ītelligi de epicucureis: qui ꝓpter ſciam a ut uirtutes graues dici poterāt. mihi qdem uideṫ ꝙ ariſtoteles cū dixit uulgus qdem atq; oneroſiſſimi: idem ꝑ utrūq; intellexerit. ita ut oneroſiſſimi dicātur uulgares corpore grādiſſimi[ ad onera portāda[ aliaq; uilia exercenda aptiſſimi: ingenio uero & intellectu minimi[ ac infra hoīes infimi. uel ſi magis placet dic nomen illud deriuatum eſſe ab onos qꝺ grece aſinū ſignificat. ut ſint dicti oneroſiſſimi q̄ſi aſiniſſimi[ aut uerbo nō ficto beſtialiſſimi: quos ariſtoteles ī polithica nō magis ponit ptes ciuitatis q̄m



boues equos aut aſinos. nō enī aliter q̄m beſtie ciuitati deſeruiūt. hi ſūt quos natura diſpoſuit nō ut ciuilia ſed queſtuaria ac uilia exercerēt. tales quippe ſūt de quibus nuper dicebamus nulla ī parte utiles eē philoſophie auditores. ſicut eī natura: ſic etiā & phia eos tanq̄ ineptos ac corpore & aīo male cōpoſitos ab eius auditorio lōge ꝓpellit tertio uero cōſiderandū ꝙ bene ac ꝓprie dictū eſt adamāt inepte uero in antiqua traductione poſitū eſt diligūt. bifariā enī differūt amare & diligere. quoniā quod diligiṫ eſt bonū: quod uero amatur malū. itē diligere eſt remiſſe amare uero intēſe. qui uero felicitatē ponūt in corporis uoluptate beſtiali ac probroſa. malū ſimul & intēſe amāt

Tres enim. in qua phs ex incidenti diſtinguit uitas. dicens tres uite ſunt maxime precipue. ſ. illa uoluptuoſa quā nūc diximus item ciuilis uita tertia eſt contēplatiua.

Tres enī ſūt uite maxime precipue. illa q̄m nūc dicim⁹. Itē ciuilis tertia cōtēplatia. Vulgus igiṫ oīno ſeruile uidetur uitā pecorū deligēdo: Suſtentātur aūt ob id qꝺ pleriq; ī poteſtatib⁹ cōſtituti iſtar. Sardanapali uitā agūt

intelligēda ſūt hic tria primū ē ꝙ ſicut īfra libro nono dicetur id ad quod unuſque maxīe afficitur putat eſſe uitā ſuā. ut phs philoſophari uenator uenari & ſic de aliis. ad finē uero maxime afficitur homo: inde eſt ꝙ ꝑ diuerſitatē finiū uite diſtingūtur Itē quia finis rōnem habet boni: inde etiā eſt ꝙ ſm̄ diuerſitatem bonorū fines diuerſi ſumūtur. itaq; ſm̄ ꝙ hoīes res diuerſas putāt eſſe eis bona: ſic & diuerſi diuerſos fines intendunt. ſecundo notandū ꝙ oīs uita habet ſibi annexā uoluptatē: & tamē phs hic eam ſolā dicit uoluptuoſā que finē conſtituit in uoluptate ſenſus atq; uituperabili & probroſa. & hoc hac de cauſa phs ſic noīauit: quia iuxta cicerone libro quarto tuſculanarū utendū eſt cauſa doctrine uerbo nimis uſitatiſſimo. eſt aūt apud uniuerſos hoīes uſitatiſſimū per uolutuoſā uitā eam ſolū intelligere que in ſēſus uoluptate probroſa finē cōſtituit. per ciuilē uero uitā phs intelligit indifferenter uitā que felicitatē & finē cōſtituit in honore aut uirtute. per contēplatiuā uero eam intelligit que in opatione rationis ſpeculatiue finē ultimū cōſtituit. tertio ē hic intelligendū ꝙ phs has tres uitas hac de cauſa maxime precipuas dixerit ut ſignificaret uniuerſas hoīm uitas plurimū ſub his cōtineri. nec tamē negare intendit aliquā eſſe uitā que ſub iſtis nō cōtineatur. talis mihi uidetur uenatorū ac aleatorū uita. at preterea oīum auarorū qui in nullo alio bono quā in pecunia finē cōſtituūt. illius itaq; uerbi maxime precipue erit uera expoſitio maxīe freq̄ntes aut frequētate uel uſitate. Vulgus igitur. in q̄ phs duo facit prio hāc repbat opionē. ſo eius motiuum aſſignat. ſa ibi Suſtētātur aūt. dicit ergo prio uulgus igiṫ uideṫ oīno ſeruile delegēdo ideſt eligēdo uitā pecorū hoc ē beſtialē aut animalē uitā. hec ē ariſtotelis rō q̄ licet ſit breuis: ſatis tñ intelligibilis. itaq; ī uirtute rō illa erit hec uita pecorū ac ſeruilis nō eſt hoīs uita nec ſuprema: illa aūt uita uoluptuoſa q̄ conſiſtit ī uoluptate ſenſus ē uita pecorū ac ſeruilis: igitur nō erit hoīs uita nec ſuprema qualis eē debet humana felicitas. pria ꝓpoſitio eſt plus q̄m manifeſta. qm̄ ſicut aliud pecorū genus aliud hoīm: ſic etiā & pecorū uita ab humana erit genere diſtinta. uita quoq; ſeruilis ꝙ altera ſit a uita ſuprema nemo ambigit: cū nō modo ab ea differat: uerū eī opponatur. minor etiā ꝓpoſitio patet ꝑ hoc ꝙ oīa pecora tanq̄ in eorum bonū optimū maximo impetu ferūtur in ſēſus uoluptatē preſertim guſtus ac tactus. at ꝑ hoc talis uoluptas ſeruilis erit. ſūt eī pecora oīno ſeruilia atq; hoīm poſſeſſio. itaq; duplex ē rō ꝓpter q̄m ī ſenſus uoluptate nō pōt cōſiſtere humana felicitas. pria qa eſt oīno ſeruilis. at ꝑ hoc infima ac uilis. ſecūda rō qa talis uoluptas nō ē hoī ꝓpria cū ſit cōmunis cūctis aīantibus felicitas aūt ut iā patebit eē debet hoīs ꝓpria pfectio. utraq; iſtarū rōnū tāgiṫ ab ariſtotele. pria ꝑ hoc ꝙ dixit oīno ſeruile. ſa uero ꝑ illud uitā pecorū. aduertēdū tñ ꝙ illa cōiūctio illatia igiṫ nō poniṫ hic a pho illatīe ſed potius incohatiue. Suſtētātur aūt. ī qua phs tāgit iſtorū rōnem. & dicit ꝙ iſti uulgares qui ī ſenſus uoluptate ponūt felicitatē ſuſtētātur aūt. i. credūt ſe ſuſtētari ob id ꝙ pleriq; homines ī poteſtatibus cōſtituti ut reges & huiuſmodi quos uulgares credūt eē felices uitā agūt hoc eſt uiuūt inſtar. i. ad modū & ſimilitudinē ſardanapali regis aſſiriorū qui uoluptatibus oīno fuerat deditus. intelligēdū eſt hic ꝙ licet hec rō nō ſit uera: fuit tamē ſufficiēs ad hoc ꝙ



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ariſtoteles de hac opione cōſideraret.eas ei opiones hic pertratādas eē dixerat q̄ aliq̄
ſaltē apparētē rōnem haberēt. Elegātes aūt.hec ē tertia pars huius capl'i in q̄ inqui
rit de opione ponēte felicitatē in honore.& primo ipam ponit dicēs elegantes aūt ui
ri.i.ingenui ac nobiles ex rebus agēdis apti.i.ad res agēdas apti honorē.intellige eē
credūt felicitatē.cuius rōnem ſubiūgit dicēs hic ei.ſ.honor ciuilis uite hoc eſt eorū
qui ciuil'r uiuūt eſt fere finis.intelligēda ſūt hic duo.primo ꝙ per uiros elegātes ariſ
toteles intelligit ciues ac ciuitatū gubernatores nō lucro ſed honori ſtudētes ingenu
os ac nobiles qui natura & opere a uulgo lōge differūt. hi quidē ciues uulgares autē
nō ciues ſed ciuiū inſtrumēta ab ariſtotele in polithica dicūtur.ſecūdo notandū ꝙ ci
ues ac ciuitatū gubernatores natura ingenui ac elegātes plurimū intēdūt honorē tā-
quā finē ultimū: aliqui tamen
ſūt qui nō honorē : ſed uirtutē
aut eius operationē intēdūt tā-
quā bonū ultimū. & ꝓpter hoc
phs dixit fere.quaſi diceret plu
rimū ſic eſt: in aliquibus tamen
deffecit.illi uero ciues aut eorū
gubernatores qui uoluptati a-
ut lucro magis quā honori aut
uirtuti ſtudēt:nec elegātes neq;
natura ingenui dicēdi ſunt:ſed
omnino uiles ac ex natura ſerui
les. Sed uidetur.in qua bifari
am improbat hanc opionē.pri-
mo ſic ſed honor uidetur leui-
or.i.exterior ac magis facile au
feribilis q̄m ſit is ideſt ille finis
quē hic querimus.ſ.felicitatem
uidetur etiā honor magis con-
ſiſtere in honorātibus q̄m in eo
qui honoratur. & hec eſt argu-
mētationis prima propoſitio.cui alterā ſubiungit dicēs nos aūt uaticinamur.i.uatici
nādo dicimus ſūmum bonū eſſe quidā propriū & tale qđ nequeat auferri leuiter.in-
telligendū ꝙ illa ꝓpoſitio honor eſt in honorāte intelligit̄ in actu ac poteſtate hono-
rantis.conſiſtit enim honor in quibuſdam ſignis exterioribus cuiuſmodi ſūt capitis
inclinatio genuaflectere & huiuſmodi que omnia conſiſtunt in actu & poteſtate ho-
norantis:non autem eius qui honoratur.item aduertendum ꝙ illa coniunctio encli-
tica.que.nō tenetur hic copulatiue ſed expoſitiue.idem enim per illas duas propoſi-
tiones ſignificatur.ſecunda tamē primā exponit. eodemq; modo intelligēdum eſt de
illa coniunctione.et.ſecunda enim primā declarat.quia quod propriū eſt nequit leui
ter auferri.quod uero phs dixit uaticinamur:hac de cauſa dixerat quia nōdum quid
felicitas ſit demonſtrauerat.uel dic ꝙ loquitur ibi in perſona oium de felicitate conſi
derantium qui licet in aliis aberrēt:in hoc tamē quaſi natura ducti recte uaticinātur
Inſuper honorem.in qua ponit rationē ſecundā dicens inſuper.i.item uidētur ho
mines aliqui honorem ſequi.i.honorari uele ut ſe bonos.i.uirtuoſos eſſe confirmēt:
intellige apud ſe & etiam apud alios.itaq; a ſapientibus & apud illos.i. ab illis q eos
cognoſcunt querunt.i.uolunt aut deſiderant laudari maxime. patet igitur quantum
ad hos attinet uirtutem eſſe potiorem.i.meliorem intellige quam honorem.id enim
melius eſt propter quod aliud queritur.ex quo ſubauditur honorem non eſſe felicita
tem.felicitas enim bonum eſſe debet quod propter ſe & non propter aliud queratur.
Atq; eam.hec eſt quarta pars huius capituli in qua inquirit de opinione ponēte fe-
licitatem in uirtute.& primo opinionem ipam ponit dicens atq; eam ſcilicet uirtutē
fortaſſe quiſpiam putabit ciuilis uite eſſe finem magis. ſubaudi quam honorem. ſed
philoſophus hanc opinionem bifariam reprobat.primo ſic ſed uidet̄ hec ſcilicet uir-
tus imperfectior itellige quam felicitas.nam uirtus uidetur recipere ideſt pati:& ho-
minem habentem uirtutem dormire.& etiam nō operari in uita.ſubaudi felicitas āt

Elegātes aūt uiri & rebus agēdis apti hono
rē.Hic eni fere ciuilis uite finis eſt. Sed ui-
detur leuior q̄ is quē querimus finē magiſq;
Inſuper oīm: manifeſtat rationē per ſe ſufficiētie quātū ad hoc qđ dr̄ per ſe. ī pria ptetria uideť tāgere. & dicit prio⟨uideť aūt ex ſufficientia probari idē. ſ. ꝙ nō oīs finis ſit bonū qđ hic querimus. perfectū eī bonū per ſe ſufficiēs uideť eſſe. bonū quidē pfectū & per ſe ſufficiēs differūt ſolū ſm rationē. perfectū eī dr̄ in quātum ꝓpter ſe nec unq̄ ꝓpter aliud expetiť. per ſe uero ſufficiēs dr̄ in quātū uitā facit per ſe optabilē⟨ac nullius indignā. ibi. Sufficiēs aūt dicimus. exponit quid ad ſufficientiā pertineat. & inquit ſufficiēs aūt dicimus⟨nō ſibi ſoli uitā ſolitariā uiuēti: ſed parentibus & gnatis & uxori & amicis⟨& etiā ciuibus. huius ultimi rōnē aſſignat dicēs⟨quādo. i. quia homo natura eſt ciuilis. hoc ē aptus ex natura ut ī ſocietate ciuili uiuat. erit itaq₃ bonū ſufficiēs illud qđ ſufficiētiā preſtat illi cui ineſt⟨& parētibus & filiis & amicis⟨ ac etiā ciuibus. ſic ut pro loco & tēpore auxilia⟨& cōſilia prebere his ualeat. ibi. Sumēdus eſt. reſpōdet tacite queſtioni q̄ ex his dictis oriť. poſſet eī aliqs querere an illa ſufficiētia ſe extēdat ad filios filiorū⟨& amicos amicorū. ad hoc reſpōdet phs dicēs & in his aūt. ſ. parētibus⟨filiis & amicis ſumēdus eſt quidā terminus. cuius cauſā aſſignat⟨ne ſi ad natos natorū & amicos amicorū extēdať: ī iſinitū fiat ꝓceſſus. īfinitis uero nemo poſſed ſufficere. & ſic nemo eēt felix. ſed de hoc cōſiderādū erit alias. i. ī alio loco. ſ. ut aliqui ītelligūt ī economica ul' ī polithica. mihi qdē uideť ꝙ hoc faciat ī octauo & nono ethicorū ubi de multitudīe amicorū determīat. Sequiť illa ps. Sufficiēs aūt. in q̄ exponit qd ſit bonū per ſe ſufficiēs. dicit quoq₃ tale bonū eſſe felicitatē⟨qđ hic pricipal'r



intēdebat. dicit ergo nos aūt ponimus⟨bonū per ſe ſufficiens⟨quod uel ideſt etiam aut uel ideſt q̄muis ſolum ideſt ſolitariū⟨ſit: preſtat uitā ſufficientē & optabilē ac nullius rei indignam: huiuſmodi hoc eſt talem putamus eſſe felicitatē. hoc enim uniuerſi fere homines de felicitate putant. quod uero uniuerſi homines putāt: falſum eſſe neq̄t cum id nō a ſe ſed nature ductu putauerint. erit igitur felicitas bonū per ſe ſufficiēs quod hic intēdebamus. Inſuper omniū. in qua exponit rationē per ſe ſufficiētie q̄ntum ad hoc ꝙ dicitur per ſe. pro cuius intellectu conſiderandū ꝙ per ſe ſufficiens bonum bifariā dicitur. uno modo ſic ꝙ nō poſſit recipere bonitas augmentū. & hoc modo humana felicitas nō eſt bonū per ſe ſufficiēs. nam ſic unus homo nō eſſet alio felicior. itaq₃ nomē felix cōparationē nō reciperet. quod falſū eſt. ſicut enim uirtus aliaq₃ bona augeri poſſūt: ſic etiā huius uite felicitas. alio modo dicitur bonum per ſe ſufficiēs non ſic ꝙ augmentū bonitatis nō recipiat: ſed quia per ſe ſolitarie ſūptū uitā humanā preſtat nullius indiguā. & hoc ē quod phs dicit inſuper autē ſubaudi nos putamus felicitatē nō cōnumeratam ideſt nō coniunctā alicui alteri bonorū eſſe maxime oīm bonorū expetibilē. nam ſi cōnumeretur ideſt coniungať alicui alteri bonorū: clarū eſt cum minimo bonorū. ſ. coniunctā: magis eſſe expetendā: cum ſit accumulatio ideſt cōgregatio bonorum: quidqd adiungiť: ideſt q̄n tūcunq₃ ſit id bonum quod felicitati adiungitur. in bonis autem ideſt inter bona ſemper maius ſit expetendum. erit itaq₃ illud aggregatū maius bonū at per hoc expetibilius. patet igitur qualiter a philoſopho intelligitur illud per ſe: quando dicitur felicitas eſt bonum per ſe ſufficiens. & loquitur ſemper de felicitate huius uite. nō autem alterius de qua nihil aut ꝑparū cognoſcere potuit. Perfectum ergo. hec eſt ultima pars iſtius capituli in qua ex prefactis concludit felicitatis quādam cōmunem diffinitionem. ſunt enim tria de felicitate hic determinata. primo dictum eſt ꝙ ſit agibilium ultimus finis. ſecūdo ꝙ ſit bonum perfectum. tertio ꝙ ſit per ſe ſufficiens. ex his itaq₃ tribus colligitur cōmunis ac prima felicitatis diffinitio. dicit ergo perfectum ergo quidā ideſt quoddā & ſufficiēs per ſe uidetur eſſe felicitas agibilium finis exiſtens. & per agibilia ut iam dixeram intelligere uidetur res humanas in finem ordinatas quecunq₃ ille ſint.

ſolum uitā ſufficientē & optabilē & nulli⁹ indiguā preſtat Huiuſmodi aūt putamus eſſe felicitatē. Inſuper oīum maxime expetibilē nō cōnumeratā Nam ſi cōnumeretur clarū eſt cum minimo bonorū magis eſſe expetendā cū bonorū accumulatio ſit quicqd adiūgitur In bonis autē ſemp maius ſit expetendū. Perfectū ergo quidē & ſufficiēs per ſe uidetur eē felicitas agibilium finis exiſtens.

Nim uero felicitatē eſſe ſūmum bonū manifeſtū ē Sed qd ipa felicitas ſit planius delucidari queritur. Forſā uero id fiet

Nimuero felicitatem eſſe ſūmum. hoc eſt capitulū quintū quod bifariam diuiditur. prima pars eſt de ſpeciali felicitatis diffinitione. ſecunda pars oſtendit qd & qualiter poſt hac ſit conſiderandū. ſecunda ibi Et ſūmum quidē bonum. prima ps duas continet partes. primo inquirit genus felicitatis. ſecundo differentias. ſecunda ibi quod ſi opus. in prima parte facit quattuor. primo intentum premittit. ſecūdo ibi forſitam. oſtendit ꝙ hominis operatio ſit felicitas. tertio ibi utrum igitur. oſtendit ꝙ hominis ſit aliqua propria operatio. quarto ibi quid igitur hoc. oſtēdit que ſit hominis operatio. dicit ergo primo enimuero ideſt certe felicitatem eſſe ſūmum bonū: manifeſtum eſt ſcilicet ex dictis in capitulo precedenti. uel dic manifeſtum eſt ſcilicet ꝑ ſeipm. itaq₃ de hoc nemo fere ambigit. ſed quid ipa felicitas ſit: planius dilucidari q̄ritur. i. queri debet: uel dic queriť. i. deſideratur dilucidari planius quid ipa felicitas ſit. primus tamē intellectus uideť uerior. hoc itaq₃ eſt ariſtotelis inſtitutū oñdere plane qd ipa felicitas ſit. Forſitā uero. oñdit ꝙ opatio hoīs ſit eius felicitas & dicit forſitā uero ſi opus. i. opatio hoīs deprehēdať: id fiet: hoc ē dilucidabiť qd felicitas ſit. illud aduerbiū forſā nihil hic opatur preter hoc ꝙ ē locutiois tēperamentū. eſt itaq₃ in hac parte ariſtotelis concluſio ꝙ hoīs opatio ſit eius ſūma perfectio ac felicitas. quod



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſic probat.ut eim tibicini & ſtatuario cunctiſq; artificibus ac oīno omnibus his quo-rum eſt aliquod opus atq; actio bonū & bene uidetur eſſe ideſt conſiſtere in opere ipō ſic etiam & homini:intellige bonū & bene hominis uidetur eſſe ideſt conſiſtere i eiūs opere.ſi quidē eius aliquod eſt opus:hoc ē dum tamē hominis ſit aliqua operatio. hec eſt itaq; ariſtotelis ratio cuius aſſūptum tanq̄ per ſe notū ſupponit.eſt enim per ſe notum oīum rerū quarū eſt opus:aliquod earū ſūmum bonum eſſe in opere: hoc eſt eſſe illudmet opus.actio uero & opus hic pro eodē ſumuntur. eodēq; modo bonū & bene idem dicūt.intelligenda ſunt hic duo.unū ſit ꝙ ſicut ariſtoteles in opere cuiuſq; eius ſūmum bonū conſiſtere dixit:ſic & cicero in officio proprio ſūmam rerū perfectionē conſtituit.differūt itaq; nō in re ſed in noīe.ut quod ariſtoteles opus propriū dixerit cicerōi offitiū appellare magis placuit.hoc enī apud latinos facilius intelligitur:ſicut forte illud apud grecos.ſecūdo notādū ꝙ de opere aut officio cuiuſq; ꝑſone ſcientia moralis cōſiderat ſolū in genere : legalis uero in ſpecie determinat que & qualia officio cuiuſq; perſone cōueniant: ut exempli gratia dicamus de officio regis militis epiſcopi aut archiepiſcopi que ad horū officia in ſpecie pertineāt: non moralis ſed legalis conſiderat. de officiis uero rerū naturaliū nō pratice ſed ſpeculatiue ſunt diſcipline. Vtrū igitur.i qua bifariā oſtēdit ꝙ hoīs ſit aliqua operatio propria.ſecūda ibi An quēadmodū.dicit ergo primo interrogādo utrū igitur fabri & ſutoris opera aliq̄ ſūt & actus:hominis uero nullū opus eſt ſed ad nihil agendū uatus eſt?quaſi dicat manifeſtum eſt ꝙ ſicut illorū ſūt opera ꝓpria:ſic & hoīs.& quēadmodū illa ad aliquid agēdum ſunt nata:ſic etiam & homo ad aliquid agendū natus ē:alioquim daremus ꝙ artis entia maioris eſſent dignitatis ac perfectionis:q̄m nature entia. & cum entia nature ſint ex arte diuina:melius res ex humana q̄m ex diuina arte eſſent ordinate. ſeq̄retur itē ꝙ ea que homini accidūt eſſent magis perfecta q̄m homo ipē. ne igitur hec & huiuſmodi cōcedamus:fatendū eſt hoīs eſſe aliquā operationē.cauſa uero propter quā cuiuſq; rei ſit operatio ꝓpria eſt quia unūquodq; ſiue naturale ſiue artificiale eſt per aliquā formā que ē principiū alicuius operationis.unde fit ut ſicut unaqueq; res habet propriū eſſe per ſuam formā:ita etiā propriā operationē. An quēadmodum. ponit ſecundā rationē.& procedit etiā interrogādo.dicit igitur an quēadmodū & oculi & manus & pedis ac ſingulorū mēbrorum aliquod eſt opus ideſt operatio:ſic etiam & hominis preter hec omnia ideſt preter opera horū oīum aliquod opus poni debet?quaſi dicat manifeſtū eſt quod ſicut ſingulorū mēbrorū eſt aliquod opus ꝓprium ſic & hominis erit aliquod opus propriū.alias ſequeretur ꝙ partes eēnt perfectiores q̄m totum.fatendū eſt igitur ut prius:ꝙ hominis ſit aliquod opus propriū:quod iuxta ciceronē hominis officiū appellatur.demonſtrata eſt itaq; concluſio ex his que homini accidunt atq; ex mēbris ipſius. Quid igitur.in qua inquirit que ſit hominis ꝓpria operatio.dictū eſt aūt ꝙ rei cuiuſq; propria operatio eſt que ei cōpetit ſecūdum ſuā formā.forma uero hominis eſt aīa cuius actus eſt uiuere.nō quidē ſecundū ꝙ uiuere eſt eē uiuētis ut in ſecūdo de anima ſed ſecūdū ꝙ uiuere dicitur aliquod opus uiuentis:puta ſentire intelligere & ſimilia.manifeſtum eſt itaq; ꝙ in aliquo opere uite cōſiſtit feliciras ſed quia opera uite multifariā dicūtur:inquirit pħs in quo ipſorū cōſiſtat.& primo queſtionem proponit dicens hoc.ſ.opus hoīs propriū quid tandē erit? quaſi dicat nō ſatis eſt manifeſtū quid ſit illud hominis opus.quod patet nam uiuere quidē cōmune uidetur etiam plantis. at nos querimus opus hominis ꝓprium.igitur

ſi opus hominis deprehēdatur. Vt ei tibicino & ſtatuario cunctiſq; artificib⁹ ac omnino oībus his quorū eſt aliquod opus atq; actio in opere ipō bonū & bene uidetur eſſe Sic etiā homini ſiquidē eius aliquod opus eſt. Vtrum igitur fabri & ſutoris aliqua opa ſunt & actus hominis uero nullū eſt opus ſed ad nihil agēdum natus eſt.. An quēadmodū & oculi & manus & pedis ac ſingulorū mēbrorū aliqd eſt opus ſic & hominis preter hec omnia aliquod opus poni debet. Quid igitur hoc tādem erit Nam uiuere quidem cōmune uidet



ſequeſtranda ideſt ſeparanda uel diſtinguēda eſt uita uegetatiua intellige ab opere aut uita hominis.accipiuntur itaq; a pħo hic uiuere & uegetatiua uita pro eodem.probat etiam ꝙ uita ſenſitiua nō ſit opus hoīs dicens ſenſitiua eſt quedā uita ſequēs ſcilicet uegetatiuā.hanc etiam ſcilicet ſenſitiuā conſtat eſſe cōmunem boni & equo & omni animanti hoc eſt animali.unde ſequitur ꝙ hec nō erit opus hominis.cum hoīs opus nulli alii quā homini cōuenire queat.poſt has uero duas uitas ſolū relinquitur uita operatiua ſecundū rationē.que quidē uita ꝓpria eſt homini.nam homo ſpēm ſortitur per hoc ꝙ ē rationalis.hec etiam uita rationalis bifariā dicitur ꝓpterea ꝙ ratio eſt duplex.eſt enim ratio quedā que per ſe intelligit:& hec eſt intellectus.alia ē ratio que nō intelligit ſed intelligēti obedit:& hec ratio eſt appetitus ratio dictus quia rationi obedit. harū uero rōnum principalior eſt illa que ꝑ ſe intelligit.nam quod per ſe principalius dicitur: quā id quod per aliud.at per hoc uita illius rationis que per ſe intelligit eſt excellentior quā uita eius ratiois que intelligenti obedit. hoc eſt igitur quod ariſtoteles dicit cū inquit reſtat ergo poſt uitas ſcilicet prenominatas quedā ſcilicet uita operatiua rationē habētis : hoc eſt eius partis anime q̄ rōnē habet : atq; huius ſcilicet partis rationalis partim.i. pars quedā eſt:ut ideſt tanquā uel q̄ſi rationi obediens.partim hoc eſt pars altera eſt.ut ideſt tanquā uel quaſi habens ſcilicet rationem atq; intelligens. prima itaq; pars eſt appetitus qui ratio dicitur in quantum rationi obedit.ratio uero ſecunda eſt ipē intellectus qui ex eo ꝙ per ſe ratiocinatur & intelligit per ſe ratio dicitur.appetitus uero quia non ob aliud ratio dicitur niſi quia rationi obedit nō per ſe ſed per aliud ratio dicitur.at per hoc uita & opus eius rationis que per ſe intelligit eſt felicitas.& hoc eſt ꝙ philoſophus dicit cum uero & hec ſcilicet uita rationalis dicatur duppliciter ſcilicet eius rationis que per ſe intelligit & illius que intelligenti obedit:ponenda eſt ſcilicet felicitas uel opus hominis illa uita que dicitur ſecūdū actionem ideſt que eſt eius partis que agit & intelligit. nam hec ſcilicet uita uidetur principalius dici.cum ſit intellige eius rationis que principalior dicitur.ex hac philoſophi ſententia tria notantur.primo ꝙ in ſanitate pulcritudine corporis proceritate & aliis huiuſmodi:felicitas conſiſtere non poteſt.omia enim hec ſunt cōmunia & ad uitam uegetatiuam pertinentia.ſecundo notatur in cognitione aut ſenſus uoluptate non eſſe felicitatem.ſunt etiam hec cōmunia atq; uite ſenſitiue. tertio notatur ꝙ in opere appetitus ratione regulati quātacunq; uirtute poleat:humana felicitas conſiſtere non poterit.eſt enim ut inquit ariſtoteles intellectus principalior ratio quam appetitus.at per hoc eius quoq; opus erit excellentius.ex quo etiam poſſet accipi ꝙ felicitas conſiſtit in operatione intellectus ſpeculatiui magis quam in operatione pratici.ut enim libro decimo demonſtrabitur intellectus ſpeculatiuus eſt principalior ac excellentior quam praticus.ſola quidem uita ſpeculatiua eſt in qua abſolute ſūmum bonnm ac felicitas conſiſtere poteſt.quod infra demonſtrandum relinquimus. Qd ſi eſt opus hominis.hec eſt ſecunda pars principalis prime partis.in qua duas felicitatis inueſtigat differentias.ſecunda ibi Et preterea in uita perfecta.intendit itaq; pħs hic demonſtrare ꝙ felicitas uel opus hominis ſit operatio ſecundum uirtutem optimam.& primo interrogando reſumit genus felicitatis dicens ꝙ pro ſed ſi pro an.ueluti ſi dicat.ſed an eſt opus hominis animi operatio ſecundum rationem uel non ſine ratione?quaſi dicat manifeſtum eſt ex prefactis ꝙ opus hominis eſt animi operatio ſecundum rationem uel nō ſine ratione.hoc eſt itaq; felicitatis genus quod hic tanquā diffinitionis principium reſumitur. & ad addit pħs illud non ſine ratione propter

etiam plantis At nos propriū querimus Seq̄ſtranda eſt igitur uegetatiua uita Sequēs autē ſenſitiua quedam Hanc etiam boui & equo & omni animanti cōmunē eſſe conſtat Reſtat ergo operatiua quedā rationē habentis atq; huius partim ut rationi obediens partim ut habens atq; intelligens Cum uero & hec dupliciter dicatur ponenda eſt illa que ſecundum rationem dicitur Nam principalius hec dici uidetur. Quod ſi opus eſt hominis animi operatio ſecundum rationem uel nō ſine rōne.



Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

opus appetitus rōne regulati. Idē autē. probat ꝙ idem ſit opus hois & uiri ſtudioſi
hoc eſt uirtuoſi excellentia uirtutis ad opus adiuncta. eſt quidē uſitatū apud ariſtote-
lem quod eſt bonū: ſtudioſū appellare. itaq; uirtuoſus ſtudioſus appellatur. dicit ergo
idē aūt opus eſſe dicimus generis huius. i. ſpeciei alicuius atq; huius ſtudioſi hoc ē in
diuidui alicuius ſcilicet optimi. ſumit itaq; genus hic pro ſpecie. que in quātum ē cō
munis pluribus indiuiduis ab ariſtotele: in locis nō paucis genus dicitur. ut genus di
catur omne generale. id uero quod propoſuit exemplo facit illuſtrius dicens ut citha
redi & ſtudioſi citharedi intellige idem opus eſſe dicimus. & ſimplr̄ ideſt uniuerſalr̄
hoc tenet in omnibus rerum ſpeciebus. excellentia uirtutis hoc eſt dictione uel con-
ditione excellentiā uirtutis ſignificante ad opus adiuncta. citharedi enim eſt citharā
pulſare ſtudioſi citharedi eſt ci
tharā bene pulſare. itaq; illa dic
tio bene ſignificat in loco iſto
uirtutis excellentiā. ex hoc igiť
uniuerſali principio infertur ꝙ
idem opus ſit humane ſpeciei &
uiri ſtudioſi excellētia uirtutis
ad opus adiuncta. quod hic pro
bare intendebat. alicui tamē ui

Idem autem dicimus opus eſſe generis hu
ius atq; huius ſtudioſi ut cytharedi & ſtudio-
ſi cytharedi & ſimpliciter hoc in omnibus ex-
cellentia uirtutis ad opus adiuncta Cythare-
di enī eſt cytharā pulſare ſtudioſi bene pulſa-

deretur illud ariſtotelicū principiū nō eſſe uerū. & duo propter hoc. primū erit quia
nō uidetur ꝙ eadem ſit operatio animalis & optimi animalis. ſecūdo quia citharedus
eſt ſpecies ſtudioſus uero citharedus eſt indiuiduū. & ſic erunt aliqui citharedi etiam
ſi nō ſint ſtudioſi. ad primū dicitur ꝙ ut iam dicebamus per genus ſpēm intelligit. de
genere quidē qđ ſpēbus eſt cōmune rl̄a illa nō teneret uerū. cū ab animali longe alia
ſit hois operatio. qđ etiam ariſtotelē nō latuit demonſtantē aliā eſſe uitā animātibus
aliā homini. ad ſecundū dicitur ꝙ ſi detur aliquis ſtudioſus citharedus ut pote ſocra-
tes: erit magis cōmune citharedus q̄m ſocrates. nō tamē quia aliqui eſſe poſſint citha
redi qui nō ſint ſtudioſi citharedi: ſed quia plures alii preter ſocratē eſſe poterūt ſtu-
dioſi citharedi. quorū cuiuſlibet idem erit opus cum opere citharedi. illi autē qui nō
ſunt ſtudioſi ac optimi citharedi nō ſunt citharedi niſi ſecundū quid. ꝙ ſi obicias ali
quis ē malus citharedus: ergo eſt citharedus. hec puerilis obiectio peccat. comittit ei
fallaciā ſecundū quid per hoc ꝙ ex parte ac re imperfecta infert rem integram ac per
fectam. nō ſunt itaq; citharedi niſi optimi ac perfecti citharedi. ſed alia longe maior
occurrit difficultas. ſi enim hec uera ſunt: intenſum & remiſſū nō erūt unius ſpeciei
Ad hoc dicitur ꝙ ſi intēſum & remiſſum eiuſdem ſint ſpeciei: dictum philoſophi hic
nequaquā ſtare poterit. intenſum itaq; & remiſſum eſſe unius ſpeciei ſecundum rem
nō eſt poſſibile: licet ſecundum nomē ſepenumero unius credantur ſpeciei. aſciſcun-
tur enim ſepiſſime intenſum & remiſſum ſub nomine unius ſpeciei. & hoc forte tum
propter nominū penuriam tum etiam propter inſenſibilem differentiam. hec tamen
omnia melius in decimo methaphiſice tractabunt ubi ariſtoteles illa ſue philoſophie
maxima principia ponit contraria eſſe maxime diſtantia. nihilq; unius contrariorum
eſſe in alio preter genus: quod utriq; cōmune eſt. eſſe itaq; ex adinuicem incompoſita
que omīa impoſſibile eſt eſſe uera: ſi intēſum & remiſſum unius ſint ſpeciei. nullum
enim album remiſſum a nigro maxime diſtat. cum aliud ſcilicet albius magis a nigro
diſtet. eſt etiam remiſſe album aliquid habens nigri ſecundū rem aut uirtutem. itaq;
remiſſe album ſecundū rem aut uirtutē cōpoſitū eſt ex nigro & albo. q̄ ariſtotelicis p̄
ceptionibus repugnant. dubitant etiam hic aliqui cur ariſtoteles hec maximū pōdus
habentia ex quibus fere tota felicitatis pendet cognitio demonſtrauerit ſolummodo
per exempla. quod genus demonſtrationis eſt infimum. primo enim ꝙ felicitas eſſet
hominis opus non aliter quam exemplo docuit. eodemq; modo indicauit ꝙ hominis
eſſet aliqua propria operatio. nūc etiam citharedi exemplo demonſtrat ꝙ idem ſit ho
minis opus & uiri ſtudioſi. ad hoc dicitur ꝙ ariſtoteli forte (ſicut in aliis nō paucis)
nō occurrebat aliud genus demōſtratiōis. uel dic & melius ꝙ licet exempla in ſe ſint
debiliora: nobis ſunt efficaciſſima. doctrina uero fieri debet per nobis notiora ut in
principio libri premiſerat. & potiſſime habet hoc locum in ſcientia de moribus de q
bus hic tractamus. patet itaq; ex his: ꝙ nō ſubtili ſed groſſo modo ac ueluti p figurā



hic ab ariſtotele ciuilia tractantur. Quod ſi ita. habito ꝙ idem ſit hominis opus &
uiri ſtudioſi ex hoc probat ꝙ hominis felicitas ſit operatio ſecundū uirtutē. & inquit
ꝙ pro ſed ſi pro quia ueluti dixerit ſed quia ita ſupple eſt ꝙ hominis & ſtudioſi uiri
excellentia uirtutis ad opus adiuncta eadem eſt operatio ut iam demonſtratum uides
hominis autem ut ex dictis patet ponimus uitam quādam hanc uero uitam eſſe actio
nem animi & operationem cum ratione demonſtrauimus ſtudioſi autem hoc eſt ſtudi
oſi igitur uiri aut ſtudioſi quidem uiri dicemus eſſe hoc ſcilicet actionem animi & op
ationem cum ratione bene & probe ſi enim eſt hominis operatio erit etiam uiri ſtudi
oſi. ſingula autem bene ſecundū propriam uirtutem perfectiūtur hoc eſt perfecte ef-
ficiuntur uſq; ad hanc partem pendet philoſophi ſententia hic uero intentum cōclu
dit dicēs ſi ita eſt ideſt quia hec
prefacta uera ſunt: ſit ideſt ſeq-
tur ut ſūmum bonum hominis
quod eſt eius felicitas ſit animi
operatio ſecūdum uirtutem. &
hoc eſt quod hic concludere in-
tēdebat. ſtat itaq; ratio philoſo-
phi in hoc eadē eſt operatio ho-
minis & ſtudioſi uiri: excellen-
tia uirtutis ad opus adiūcta: ho
minis autem operatio eſt animi
operatio: erit igitur animi ope-
ratio bene & probe uiri ſtudio-
ſi operatio. bene uero & probe
perficitur operatio ſecūdū uir-
tutem: igitur operatio hominis
que eſt eius bonū ſūmum erit o

Quod ſi ita eſt hominis autē opus ponim⁹
uitam quādam hanc uero eſſe actionem animi
& operationes cum ratione Studioſi autem ui
ri bene hec & probe Singula autem bene ſecū
dum propriā uirtutē perficiuntur Si ita ē ſit
ut ſūmum ſit hominis bonum animi operatō
ſecūdum uirtutē. Et ſi plures ſint uirtutes
ſecūdum optimā ac perfectiſſimā. Et pre-
terea in uita perfecta Nam una quidem irun-
do non facit uer nec una dies eodē modo bea-
tum & felicē nec una dies nec exiguū facit tp̄s

peratio animi ſecundū uirtutē. idem uidetur hic pħs intelligere per animū qđ prius
per rationē. ut ſic dicere operatio animi operatio rationis. Et ſi plures. dicit felici-
tatē eſſe operationē ſecundū uirtutē optimā. inquit igitur & ſi plures ſint uirtutes: ſe
cundū optimā ac perfectiſſimā uirtutē felicitas erit operatio. q̄ aūt ſit illa uirtus opti
ma cuius opatio eſt felicitas: pħs hic nō determinat: ſed illud differt in decimū ethi-
corū ac ſeptimū polithicorū: ubi de hac re nō parua ē inquiſitio. aliqui tamē qui eos
libros nunquā legere: aut minus bene intellexere: dicūt ꝙ illa optima uirtus cuius o-
peratio eſt felicitas dicitur iuſtitia. alii dicūt ꝙ nulla ē una ſed oēs uirtutes ſimul ſūp
te. ſūt etiā qui dicūt ꝙ illa uirtus eſt prudētia. ſed nihil horū cū dictis philoſophi ſta-
re poterit. nō primū. q̄m tūc operatio appetitus eſſet perfectiſſima. quod pħs in locis
nō paucis negat. ꝙ etiam nō ſint oēs patet per hoc ꝙ expreſſe dixerit & ſi plures ſint
uirtutes: ſecundū optimā ac perfectiſſimā. ꝙ uero nō ſit prudētia pħs decimo ethico-
rum multifariā probat. hoc idē etiā demōſtrat ſeptimo polithicorū. itaq; ſecūdū pħm
in locis prenominatis ſola ſapiētia eſt ea uirtus que felicitatē effecit: alie uero uirtu-
tes nō efficiūt ſed diſponūt. aduertēdū tamē ꝙ illi qui in opatione prudētie dicūt eē
felicitatē ut pħi dicta in cōcordiā reducāt: duas inepte diſtinguūt hominis felicitates
ſcilicet ciuilē & cōtemplatiuā. de ciuili inquiunt determinatur in hoc libro de contē
platiua in decimo. hec uero inepta felicitatū diſtintio ſtare nō poteſt. ſi enī due eſſent
hominis felicitates: cum felicitas ſit ultimus finis: eſſēt duo ultimi fines. due quoq; p
prie hominis opationes. at per hoc duo officia rei eiuſdē. due itē uirtutes optime. hec
omnia ſūt impoſſibilia. & cōtra ariſtotelē qui horū cōtraria ut uides diffinierit. dice-
re uero ꝙ in libro primo determinetur de una felicitate & in decimo de alia eſt plane
ineptire. cum in his libris prenomiatis de eadē felicitate tractetur. in primo quidem
libro demōſtrat pħs quid ſit ſecundū ueritatē ciuilis felicitas oſtendēs tādem ꝙ ſit a-
nimi opatio ſm̄ uirtutē optimā i libro uero decimo pquirit q̄ ſit illa uirtus cuius feli
citas ē opatio: determinās tādē ꝙ ſit ſapiā. & dixi ſm̄ ueritatē ciuilis: q̄m de ciuili feli
citate opiōnes fuerūt diuerſe. alii eīm ī honore cōſiſtere putāt alii uero ī uirtute alii
itē ī opatione prudētie. ariſtoteles aūt ī opatione ſapiē. qđ libro ſeptīo polithicorū a-
pertius demōſtrauerat. ille uero primus qui pħm dixerat de alia felicitate ī libro prīo



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& de alia in decimo tractaſſe:prout ego puto id incõſiderate dixerit.& forte bene pa
ſtus ac melius potatus ab aliquo cui in hac parte cõplacere uoluit. Et preterea i ui-
ta.in qua ponit ſecundã felicitatis differentiã.dicẽs & preterea intellige eſſe debet ta
lis animi opatio ſecundũ uirtutẽ optimã in uita perfecta.i.tota uel dic tota.i.diutur
na.qđ exẽplo declarãs ait nam una quidẽ irũdo nõ facit hoc eſt nõ oñdit uer.nec etiã
dies clara & tẽperata demõſtrat eſſe tẽpus uernale.eodẽ modo beatũ & felicẽ nec una
dies facit nec tẽpus exiguũ.debet itaq; felicitas eſſe cõtinua quãtũ preſẽs uita patitur
patet igitur ex his quid ſit felicitas.eſt eni animi opatio ſecũdũ uirtutẽ optimã & in
uita perfecta. Et ſũmũ quidẽ.hec eſt ſecũda pars principalis huius capituli in qua
oñdit quid & qualr poſt hac ſit agendũ.ſecũda ibi meminiſſe aũt.in pria parte tangit

Et ſũmũ quidẽ bonũ ita circũſcripſiſſe ſuf
ficiat Nã fortaſſe prio figurãdũ eſt poſtea ue-
ro pingendũ. Videtur aũt cuiuſq; eẽ illa q̃
bene circũſcripta ſũt peoducere & mẽbratim

tria. prio ꝓponit quid ſit factũ
& quid reſtet agẽdũ dicẽs & ſũ-
mũ quidẽ bonu ſufficiat ita cir
cũſcripſiſſe hoc eſt modo tali fi
guraſſe ul' quaſi per figuram &
imaginẽ oſtẽdiſſe quid tãdẽ eẽt.
nã fortaſſe primo ẽ figurãdum
hoc eſt rei figurã formãdũ poſ
tea uero pingẽdũ.locutus eſt hic ariſtoteles metaphorice.quaſi diceret ſicut pictores
primo rei figurã circunſcribũt externis lineamẽtis:poſtea uero pingũt ut ſit rei per-
fecta imago:ſic etiã faciendũ fuit circa ſũmum bonũ.itaq; illa cõfuſa & cõmunis dif-
finitio ſumi boni eſt quedã felicitatis circũſcriptio.ea uero que de ſũmo bono in ſe-
quẽtibus dicentur erunt quedã felicitatis pictura.libro itaq; decimo huius negocii e
rit cõplementũ:ubi determinate phs demonſtrabit cuius uirtutis felicitas ſit opera-
tio.& ex his duo intelligũtur.primo quid de felicitate ſit dictũ & quid reſtet dicendũ
ſunt quidẽ habita ea que ad eius pertinẽt circunſcriptionẽ.dicenda uero reſtant ea q̃
ad eius perfectã picturã attinent.ſecundo intelligitur id quod in prohemio predixe-
rat.dicens ꝙ ſi ita:annitendũ id ipm quaſi per figurã cõprehendere quid ſit.itaq; qđ
ibi promiſit:hic adimpleuit quid felicitas eſſet circũſcribẽs.cum uero quid uirtus ſit
que & quot ſint uirtutes & cuius uirtutis felicitas ſit operatio cognouerimus ꝑfecte:
erit proculdubio felicitatis imago nõ ſolũ lineamẽtis circũſcripta:uerũ depicta & ꝑ-
ducta atq; mẽbratim perfecta.ſicut enim imago perfecta rem cuius eſt imago perfec-
te ſignificat:ſi illa de felicitate perfecta doctrinã ueram felicitatẽ perfecte preſenta-
bit. Videtur autẽ.aſſignat rationẽ eius quod dictũ eſt dicens uidetur autẽ eſſe ideſt
uidetur quidẽ eſſe cuiuſq; hominis illa que bene circũſcripta ſint producere:hoc ẽ ꝓ-
cul in ulteriorẽ perfectionẽ ducere ac mẽbratim ideſt per mẽbra ac paulatim perfice-
re.hic etiã ſicut prius metaphorice loquitur.ut dicat queadmodũ in his qui rerum fi
guras producunt cuiuſq; in arte periti eſſe uidetur ut rem primo circunſcriptam in
ulteriorem perfectionem perducat ac membratim hoc ẽ paulatim perficiat:ſic etiam
in doctrina que de ſũmo bono traditur faciendum eſſe uidetur.& cum dixit uidetur
autem:illa dictio autem nõ copulatiue ſed continuatiue uel ſubcontinuatiue teneri
ut ſit ſenſus uidetur autem ideſt uidetur quidem.& hic modus loquendi apud philo
ſophum eſt uſitatiſſimus.hoc etiam modo loquebatur ſupra cum dicebat ſtudioſi au-
tẽ uiri bene hoc at probe.ſenſus ut diximus eret ſtudioſi quidẽ uiri bene hoc & pro-
be.aliquando etiam illa dictio autem ponitur pro coniunctione ſubcontinuatiua ſci
licet pro quoniam aut pro quia.uel enim.& hoc etiam modo poſſet hic teneri quãdo
dicit uidetur aut cuiuſq; eſſe:ut ſit ſenſus uidetur enim cuiuſq; eſſe illa que bene cir
cunſcripta ſint producere ac membratim perficere.ibi Tempuſq; horum. ponit id
per quod homo i tali inquiſitione iuuetur.dicens & tempus eſt probus repertor atq;
adiutor horum hoc eſt homo probe adiuuatur in reperiendo hec ſcilicet que adden-
da ſunt ad rerum circunſcriptiones.unde hoc eſt ex tempore:& artium facta ſunt ad-
ditamenta:cuiuſq; enim hominis melius ſentiẽtis uidetur eſſe quod deſit adiũgere.
intelligenda ſunt hic tria.primo ꝙ tempus per ſe ut quarto phiſicorum traditur cau
ſe eſt obliuionis.ſi enim quis ſtudere negligat:ex ſolo tempore in obliuionem perue
niet earum rerũ que prius ſciuerat.in artibus tamẽ inueniẽdis atq; augẽdis tẽpus di
citur adiutor per accidẽs ſi eim quis cõtinue ac lõgo tẽpore ſtudeat : nõ pauca poſtea



intelliget que prius nõ intellexerat.illa etiã que a predeceſſoribus imperfecte ſũt ad
inuenta a poſteris partim augentur & partim meliora efficiuntur.ſecundo notãdum
ꝙ ariſtoteles hic cum dixerit cuiuſq; enim eſt id quod deſit adiũgere:ſatis expreſſe re
prehendit obtrectatores inuidos mordaces qui ut canes mordere aut latrare nõ uerẽ
tur aduerſus eos qui antiquorũ ſcripta meliora efficiunt.ex eodem etiam fundamẽto
nõ minus redarguuntur:qui antiquorũ ſcripta tanq̃m diuina & a diis tradita colunt
modernorũ uero facta ut pote humana ſpernũt.notandũ etiam ꝙ ariſtoteles uſus eſt
metonomia.tempus ei pro re temporali poſuit.itaq; cum dixit tempus probus reper-
tor eſt horum atq; adiutor:eſt ſenſus homo in reperiendo hec probe ac optime adiu-
uatur ex tempore.unde patet ꝙ nomẽ probus pro aduerbio probe & nomẽ illud rep-

perficere. Tempuſq; horũ repertor atq; ad
iutor probus eſſe uidetur Vnde artium facta
ſunt additamẽta Cuiuſq; enim eſt id quod de-
ſit adiungere. Meminiſſe autẽ oportet eoꝝ
que ſupra diximus neq; exactã diſcuſſionẽ in
omnibus eodẽ modo ſed ſecundũ ſubiectã ma
teriã in ſingulis flagitare & in quãtum diſci-
pline propriũ ſit. Nam faber quidẽ & geo-
metra differenter rectũ inquirũt Alter quan-
tum ad opus utile ẽ Alter quid ſit & quale cõ-
templator eni ueritaris Eodẽ modo in aliis fa
ciendum ne extra opera plura ſint q̃m opera.
Neq; uero cauſã eodẽ modo in omnibꝰ re-
quirendũ Sed ſatis eſt in quibuſdã bene oſten
ſũ eſſe quia ſic eſt ueluti circa principia.Quia

tor pro gerundio reperiẽdo po-
natur. Meminiſſe autẽ.hic oſ
tendit qualiter uel quomodo ſit
proſequẽdum id quod reſtat di-
cendum.& facit duo.primo pro
ponit hoc in genere reſumens
id quod ſupra in prohemio dic-
tum fuerat.ſecundo ibi nam fa
ber manifeſtat illud in ſpeciali.
dicit ergo primo meminiſſe au
tem oportet eorũ que ſupra di-
ximus.hoc eſt oportet ad memo
riã reducere ea que diximus ſu-
pra in prohemio ſcilicet nec fla
gitare ideſt petere diſcuſſionẽ
exactam eodem modo in omni-
bus:ſed oportet flagitare in ſin
gulis diſcuſſionẽ ſecundũ ſub-
iectam materiam. hoc eſt ſecun
dum ſubiecte materie conditio
nem & naturam. & in quãtum
eſt doctrine proprium.hoc ẽ ꝓ-
prietas & natura doctrine que circa talẽ uerſatur materiam. Nam faber.in qua ma
nifeſtat illud in ſpeciali.& primo quantũ ad id ꝙ in ſcientiis diuerſis obſeruatur.un-
de dicit probans id nam faber quidẽ erarius uel lignarius aut alius quiuis & geome-
tra differenter rectũ inquirunt.ideſt conſiderant.alter ſcilicet faber quantũ ad opus
utile eſt.alter ſcilicet geometra conſiderat quid rectũ ſit & quales.hoc eſt quales habe
at proprietates.eſt enim geometra nõ operator:ſed ueritatis contẽplator.eodem mo-
do in aliis dicendũ erit.cuius cauſam ſubdit dicens ne extra opera plura ſint quã ope
ra.quaſi dicat ſic de rebus conſiderandũ uidetur ne extra opera hoc ẽ extranea & alie
na a ꝓpoſito ſint plura: quã opa de quibus ex propoſito cõſideratur.unde nõ modicũ
aberrãt illi qui in quolibet q̃libet tractare uolũt.ſũt ei inepti quidã i mathematica ci
uilẽ & in ciuili mathematicã tractãtes.de his hoibus erat ille quẽ nuꝑ dicebã de uni-
uerſis rebus grãmatice rationẽ reddere.& piget me ꝙ eũ nõ pudet preter hoc ineptũ
aliud maius facere.grãmaticã ei cũ inepte doceat:de uniuerſis rebus facit doctrinam
itaq; eius diſcipuli uniuerſas i tẽpore q̃m breui hñt diſciplinas cũ tamẽ nec grãmati
cã nec ullã aliã ſatis habeãt. Nec uero cauſã.tãgit aliã diuerſitatẽ q̃ attendit penes
principiorũ & eorũ q̃ ex principiis ſecũtur differentiã.& ut mihi quidem uidetur ſu
mitur hic a pħo nec pro nõ.& illud eodẽ modo pro itẽ uel etiã.ut ſit ſenſus itẽ nõ eſt
requirendũ.i.petendũ cauſã in oibus:ſed in quibuſdã ueluti circa principia ſatis eſt
bene oſtẽſũ eẽ qa ſic ẽ.i.ꝙ ſic eſt.cuius cauſã ſubdit dicẽs qa principiũ ẽ primũ.q̃ſi di
cat principiũ cauſã nõ hẽt ꝓpter id ꝙ eſt primũ.primi quidẽ nõ eſt cauſa.q̃m alias an
te primũ eẽt prius.& ſic eẽt in infinitũ proceſſus.in quolibet itaq; genere ſciẽtie ſũt
aliqua prima principia:quorũ nõ ſũt cauſe querẽde.illa uero quorũ cauſe queruntur
nõ principia:ſed cõcluſioẽs dicũtur.patet igitur ex his ꝙ aliter principia & aliter cõ
cluſiones ſint demõſtrãde. qđ hic phs dicere intẽdebat.ut tã per ea q̃ in eadẽ ſcientia



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tractātur q̄m per illa que in diuerſis ſcientiis conſiderātur oſtenderet ꝙ nō eodē mo
do in omnibus eſſet flagitāda exacta diſcuſſio. & ut mihi quidē uidetur multifariā u-
titur hic cōiunctionibus ſuperfluis. Principiorū aūt. tangit aliā diuerſitatē q̄ attē-
ditur penes principiorū inter ſe differentiā. dicit ergo principiorū aūt quedā proſpi
ciuntur. i. cognoſcuntur inductione: ut mathematica quedā ſenſu: ſicut prīcipia phi
ca quedā conſuetudine quadā: ut ciuilia. alia itē aliter. ut in artibus operatiuis quarū
principia experimēto cognoſcūtur. patet itaq̄ ex his ꝙ nō ſolū cōparando principia
ad cōcluſiones: ſed etiā principia inter ſe nō eodē modo in omnibus ē flagitanda diſ-
cuſſio. & hoc eſt ꝙ phs dicit cognandū eſt ut ſingula principiorū ſecundū naturā ſuā
tractētur. i. conſiderentur. uel dic tractētur. i. tradātur uel doceantur. ex his patet eē
nimis ineptū uele tradere diſci
pulis uniuerſa principia ſenſi-
biliter. cū ſolūmodo hoc habe-
at locū i his diſciplinis q̄ de re-
bus ſenſibilibus cōſiderāt. i ce-
teris uero perſuadendū eſt diſci
pulos aliquādo rem imaginari
preter ſenſibiles qualitates: ut i
mathematica & aliquādo id ta-
le conſuetudine probēt uel cōſi
derēt: in his quibus fuerint aſ-
ſuefacti. multa hic de exemplis
ſcribi poſſēt que diſcretis doc-
toribus relinquimus. ſed cōtra
hec opponitur. quoniā ſecundo
libro poſteriorū iuxta finem. &
primo mataphice. in ſexto etiā
ethicorū dicit oīa principia cō
plexa iuductione fieri nota. eiſ
dē etiā locis dicit uniuerſa pri-
cipia cognoſci per ſenſum. in principio quoq̄ poſteriorū inquit oēm doctrinā oēmq̄
diſciplinā ex ſenſu originē habuiſſe. ex quibus uideť ꝙ principia nō diuerſis ut inqt
ſed modo unico cognoſci debeāt. ad hec dicimus uniuerſa principia nota fieri īducti
one īmediate experimēto uero mediate ſēſu quidē remote & quātū ad primā originē
in aliquibus tamē eſt nobis manifeſtius ꝙ inductiōe nota fiāt. ut ē plurimū in mathe
matica in phiſicis uero diſcurſus inductiuus ē nobis quaſi impceptibilis ꝙ uero ſēſu
cognoſcātur eſt fere omnibus notū. ut ſi dixeris oēm ignē eſſe calidū. ignē & aq̄m nō
ſtare ſimul. in aliis aūt ut pote ciuilibus ꝙ principia cōſuetudine percipiātur eſt ma
nifeſtū diſcurſus uero inductius & experimentū nō ita apparēt. ſūt etiā artes aliq̄ ut
medicina & ſimiles in quibus principia ſumi experimēto nemo fere ambigit alia ue-
ro. ſ. ꝙ inductione & ſenſu cognoſcātur: nō ſūt tā manifeſta. diſtinguit itaq̄ ariſtote-
les hic modos cognoſcēdi principia per ea q̄ in eorū cognitiōe manifeſtiora nobis re
periūtur. Et ſtudēdū. ponit unū qđ in oibus ſciētiis obſeruādū uidetur. dicēs & ſtu
dendū. i. cū ſūma diligētia cōſiderandū eſt ut principia recte diffiniātur. hoc ē diſtin
gātur. uel dic diffiniātur. i. tractētur uel cōſiderētur. cuius cauſā ſubdit qa principia
magnū hn̄t ad ſequētia pcipiēda momētū: hoc ē ualorē poteſtatē aut uigorē. plus qdē
q̄m dimidiū totius uidetur eē principiū in oi arte atq̄ ſciētia. p hoc. ſ. ꝙ ſequentia in
prīcipio uirtute ac poteſtate cōtinētur. & hoc ē qđ ſubdit qa multa ex his q̄ ſecunť ui
dētur fieri pſpicua. i. clara & manifeſta p illud. ſ. principiū. ſūt itaq̄ prīcipia mole &
q̄ntitate pua: uirtute qdē ac poteſtate maxīa. qđ ab ariſtotele i locis nō paucis tradiť.
& ut mihi qdē uideť illa cōiūctio eī cū dicit uideť enī nō cāľr ſed cōplectīe aut p qdē
poniť. cū etiā dixit multaq̄: illa cōiūctio q̄: poni uideť cauſaľr. ſ. pro quia.

Crutādū ē igiť de ip̄a. hoc ē capľm ſextū in quo ex dictis aliorū de felicitate cō-
firmat prefactā diffinitionē felicitatis. & cōtinet ptes q̄ttuor. in pria intētū c-
uſq̄ rōnē premittit. ſecūdo oſtēdit ꝙ dictis ſuis de felicitate cōueniāt ea q̄ coiter aſa
piētibus dicūtur. tertio oñdit ſue ſñie cōuenire ea i quo oēs tā ſapiētes q̄ inſipientes

uero primū & principiū eſt. Principiorū
autē quedā in ductione proſpiciuntur quedā
ſenſu quedā conſuetudine quadā alia, item ali
ter Conandū eſt ut ſingula principiorū ſecun
dum naturam ſuā tractentur. Et ſtudendū
ut recte diffiniantur quia magnū ad ſequētia
habent momentū Videtur autē pluſq̄m dimi
dium totius eſſe principium Multaq̄ ex his
que queruntur per illud fieri conſpicua.

Crutandum eſt igitur de ip̄a felicitate
nō ſolum ex concluſione & rationibus
ſed ex his quoq̄ que de illa referuntur. Nam
uero quidē omnia conſonant falſo autem cito



diſſonat uerū. Cū ergo tripliciter diuidanť
bona & alia externa dicātur alia animi & cor-
poris bona animi principaliſſīa dicim9 & ma
xime bona. Actus uero & opationes animales
animi eē ponim9 Itaq̄ recte quidē dicetur ſe-
cundū hanc opinionē antiquam & a philoſo-
fantibus approbatam. Recte etiam q̄ꝺ opa-
tiones quedam & actus fines eſſe perhibētur.
Sic enim ex bonis animi non ex externis eſſet

coiter cōueniūt. quarto demōſtrat ꝙ etiā ſue ſñie cōueniant illa in quibus alii aliter
dicūt. ſecūda ibi cū ergo. tertia ibi cōſonant quoq̄. q̄rta ibi cūcta etiā. dicit ergo prio
ſcrutandū eſt igiť de ip̄a felicitate nō ſolū ex cōcluſione & rōnibus: hoc eſt nō ſolū ſe
cūdū id qđ de felicitate rōnibus cōcluditur: ſed ex his quoq̄. i. ſecūdū ea quoq̄ q̄ refe
rūtur. i. ab aliis dicūtur de illa. ſ. felicitate. cuius cauſā ſubdit dicēs nā uero. i. uerita-
ti quidē oīa. ſ. uera cōſonant. falſo aūt. i. falſitati cito diſſonat uerū. & huius cauſa eſt
quia uero nihil poterit repugnare niſi eius cōtradictoriū aut id ex quo eius ſequitur
cōtradictoriū. ueri aūt cōtradictoriū neceſſario ē falſū. unde ſequiť oīe qđ uero diſ-
ſonat: eſſe falſū. & oīa uera oī uero cōſonare. ſi eī uero repugnaret uero: duo cōtradic
toria eſſēt uera. illud igitur cui aliqđ uerū repugnat neceſſario eſt falſū. nec differt a
quo uel ubi tale uerū ſit dictū.
illud aūt cui oīa uera ſūt conſo
na neceſſario eſt uerū. erit itaq̄
uera ariſtotelis ſententia de fe-
licitate: ſi oīa uera fuerint ei cō
ſona a quocūq̄ & ubicūq̄ talia
dicta ſint. qđ ariſtoteles hic oſtē
dere pergit. & q̄m demonſtrare
ꝙ oīa uera ſue ſentētie ſint con
ſona eſſet ei impoſſibile: cū ne-
mini oīa uera ſint nota: inde eſt
ꝙ ſolū diſcurret per ea q̄ ab ali
is de felicitate uere dicūtur oñ-
dēs oīa talia ſue ſentētie eſſe cō
ſona. ex his quoq̄ ſimul cū hoc demōſtrabitur nullā aliā opionē de felicitate poſſe cō
ſtare. ſūt eī uera nō pauca q̄ illis opionibus diſſonāt. Cū ergo. hec ē ſecūda ps capľi
in q̄ bifariā oñdit ꝙ dicta ſapiētū de felicitate ſue ſñie ſint cōſona. prio q̄ntū ad hoc
ꝙ dicebatur felicitatē eſſe animi opationē. ſecūdo q̄ntū ad illud ꝙ finis & felicitas ſit
opatio & nō res opata. ſecūda ibi recte etiā dicit itaq̄ prio cū ergo bona diuidanť tri
pliciter hoc eſt i tria bona ſpecie differētia & alia externa dicantur: alia animi & alia
bona corporis: animi bona prīcipaliſſima dicimus ac maxīe bona. actus uero & opati
nes animales in quibus felicitatē cōſiſtere dicebamus ponimus eē animi hoc eſt de re
bus animi. ex his cōcludit phs intentū dicēs itaq̄ ſm̄ hāc opionē antiquā & a phanti-
bus approbatā: recte diceretur felicitatē eſſe animi opationē. hoc eī modo erit de ma-
ximis bonis qualis eſſe debet felicitas. hec tn̄ opio antiq̄ uera & a phantibus appbata
nō erit cōſona illis qui felicitatē ponebāt de bonis externis aut corporis: cū talia nō
ſint maxima bona: felicitas aūt eſſe debeat de maximis bonis. circa litterā ſūt aliq̄ in
telligēda. prio ꝙ phs per aīales opationes intelligit animi opatioēs. ne tn̄ cōtinue bis
poneret illū genitiuū animi: unū eorū cōuertit in adiectiuū aīales. itaq̄ cū eēt dicēdū
actus uero & opationes animi: animi eſſe ponimus: dixit actus uero & opationes ani-
males: animi eſſe ponimus. ſecūdo notādū ꝙ bona externa dicūtur honores amici di-
uicie: q̄leſcūq̄ ille ſint: ſiue mobiles ſiue īmobiles. naťales uľ artificiales. aīate aut in
aīate. q̄ etia dicūť bona fortune: pptēa qa magis ex fortūa q̄m ex īduſtria pueniāt. bo
na uero corporis ſūt robur ſanitas pulcritudo hec & huiuſmodi naťe itē bona dicunť
eo ꝙ ex naťa originē habeāt. bona qdē animi ſūt ſciētie & uirtutes earūq̄ opatioēs. &
hec pprie ſūt hūana aut hoīs bona. q̄m hec tātū ab hoīe agūtur. & ſicut animus meli
or ē corpore corpus etiā q̄m fortūa: ſic & animi bona maxīa fortūe minima corporis
uero mediocria dn̄r. aduertēdū itē ꝙ ariſtoteľ. hic p hoc ꝙ dixit extna īnuit aliā bono
rū diuiſionē. ut dicamus bonorū alia eē extna alia īterna. extna uero ſint alia corpis a
lia fortūe. placet itē aliq̄bus bona corpis nec extna nec īterna ſed īter utraq̄ media a-
pellare. Recte etiā. i q̄ idē oñdit q̄ntū ad id ī quo dicebať opatiōs eē fines rerū & di
cit recte etiā ſubaudi dicimus ꝙ opatiōs q̄dā. ſ. pprie & actus pibēť. i. danť eē fines. ſ.
rerū. q̄ſi dicat recte etiā dicimus uľ dr̄ ꝙ opatiōs ſūt fines rerū. & nō aliq̄ res opate.
itaq̄ opationes & actus hic pro eodē dicūtur. illud aūt uerbū pibēť uim ſubſtantiui
uerbi hr̄e uidetur. ut ſit ſenſus pibenť. i. datur hoc eſt dicere ſūt. cauſam huius dicti
ſubdit ſic enim dicendo ſcilicet ꝙ finis ſit opatio & nō res operata: eſſet ideſt eē pote

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rit ex bonis animi & non externis.ſi quidem finis poneretur res facta uel operata & non operatio:non eſſet poſſibile fore de bonis animi.cum nulla res operata ſit de bonis animi.& ſic non eſſet de bonis maximis.at per hoc nec felicitas.cum omnis felicitas ſit finis.patet igitur illud phiorum dictum antiquũ ac uerum eſſe conſonum ariſtotelis dictis de felicitate. Conſonant quoqꝫ.hec eſt tertia pars huius capituli ĩ qua oſtendit ꝙ ſue ſententie de felicitate ſit conſonum illud uerum in quo oms cõmuniter conueniunt.& dicit felicem hominẽ bene uiuere & bene agere quod dicitur ideſt conceditur fere ab omnibus.conſonat quoqꝫ huic ſcilicet ſententie de felicitate.fere nãqꝫ dicta eſt felicitas quedam uita & actio bona.dictum erat enim ꝙ felicitas eſſet animi operatio ſecundũ uirtutẽ.erit itaqꝫ felicitas uita:cum omnis animi operatio ſit uita.erit etiam bona:cum uirtutis operatio ſit bona.& illa dictio fere nõ ut aliquid diminuat ſed complectiue aut tanq̃m locutionis tẽperamentũ hic poni uidetur.uel dic fere ideſt quaſi cum enĩ dicitur felicitas ẽ operatio animi:nõ dicitur expreſſe ꝙ eſt uita:ſed fere ideſt quaſi dicitur uita.propterea ꝙ oĩs animi operatio eſt uita.quo autẽ dixit quedã intellige ſecũdũ rõnem aut nõ ſine ratione.non enĩ oĩs uita felicitas dicitur: ſed ea ſolum que eſt ſecundũ rationẽm.
Cuncta etiam.hec eſt q̃rta ps capituli in qua oſtẽdit ſue ſententie eſſe cõſona illa in quibus alii aliter dicunt. & diuidiť hec pars trifariã.primo ponit intentum atqꝫ opiones diuerſas circa felicitatem.ſecundo aſſignat differentiã inter talia opinantes. tertio proſequitur de ſingulis oſtendens in quo defficiant & in quo ſue ſententie ſint conſone.ſecunda ibi hec partim.tertia ibi illis ergo qui.dicit itaqꝫ primo cuncta etiam que a diuerſis circa felicitatem querũtur:conſtat adeſſe hoc eſt ineſſe aut inherere.uel dic adeſſe ideſt cõſonaſſe huic ſcilicet felicitati.uel dic huic ſcilicet ſententie noſtre de felicitate.& cõtinuo tangit opiniones quas inferius proſequitur dicens felicitas aliis eſſe uideť uirtus moralis aliis prudentia aliis ſapientia quedam. aliis hominibus uidetur eſſe hec aut horũ aliquid cum uoluptate:aut nõ ſine uoluptate.alii uero externã quoqꝫ affluẽtiam circũplectuntur hoc eſt cum bonis prefactis adiungũtur.& cũ dicit nã aliis:illa dictio nam ut mihi uidetur nõ cauſaliter ſed cõplectiue poniť. Hec partim.in qua oſtẽdit q hoĩes q̃lia de p̃dictis ſint opinãtes.dicẽs multi hoc eſt plebei: aut populares uiiles hoĩes & etiã antiqui rudiores ac minus bene de rebus iudicãtes nulla fere alia preter ſẽſibilia bona cognoſcẽtes:dicũt hec prefacta parti hoc ẽ in parte.hi enĩ felicitati adiungũt ſenſus uoluptates ac bona externa.pauci uero & preclari uiri qui propter ſui paucitatẽ pauci dicũtur:hec prefacta dicũt partim.i.in parte.dicũt enĩ iſti felicitatẽ eſſe in uirtute.itaqꝫ ut diximus eorũ aliqui eſſe credunt moralẽ uirtutem:alii intellectiuã.& horũ etiã aliqui prudentiã:alii uero ſapiẽtiã. reducẽtur itaqꝫ opiones ille ad duas opiones.ſ.ſapientũ & inſipientũ.de quibus phs ſubdit quorũ neutros in totũ aberrare putandũ eſt.ſed eſt credendũ aſſequi.i.dicere recta.i.uera pleraqꝫ ideſt multa in aliquo hoc eſt in parte aliqua.tenetur itaqꝫ illud ĩ aliquo expoſitiue ut dicat putandũ eſt iſtos dicere multa que multa ſunt uera ſaltem pro aliqua parte.ita ut illorum multorũ quolibet ſit uerum pro aliqua parte. Illis ergo.in qua oſtendit prefactas opiniones ſue ſententie de felicitate cõſonare quãtũ ad illa ĩ quibus uerũ dixere. & oñdit hoc de ea opione q̃ felicitatẽ poſuit ĩ uirtute.ſecũdo ibi horũ inſup uita.idẽ oſtendit de ea opione q̃ addidit uoluptatẽ.tertio ibi indiget tamẽ.de tertia que addi-

Conſonat quoqꝫ huic quod dicitur bene uiuere & bene agere felicem Eere nãqꝫ bona quedam uita & bona actio dicta eſt. Cũcta etiã que circa felicitatẽ queruntur huic adeſſe cõſtat.Nam aliis uirtus Aliis prudentia Aliis ſapientia quedã eſſe uidetur.Aliis hec aut horũ aliquid cum uoluptate aut nõ ſine uoluptate. Alii uero externãquoqꝫ affluentiã circũplectũtur. Hec partim multi & antiqui partĩ pauci & preclari dicunt uiri quorũ neutros in totum aberrare putandum eſt.Sed in aliquo & pleraqꝫ aſſequi recte. Illis ergo qui uirtutẽ omnem aut aliquam dicunt conſonat ſermo. Nam huius quidẽ eſt ſecundu ip̃am operatio.



dic bona externa.circa primũ duo facit.primo oſtendit ꝙ illa opinio ſit cõſona ſue ſẽtentie.ſecundo ibi forte uero.oſtendit ꝙ ſua ſententia ſit melior.dicit ergo prio ſermo noſter de felicitate uel dic ſermo ideſt diffinitio a nobis tradita de felicitate: conſonat illis qui felicitatẽ dicunt eſſe uirtutẽ oẽm aut aliquã.cuius rõnem ſubdit nã felicitas aliquid eſt uirtutis huius:ſcilicet operatio ſecundũ ip̃am uirtutẽ.per hoc itaqꝫ ꝙ felicitas ẽ aliquid uirtutis:conſonat illis ſermo felicitatis.illa uero cõiunctio ergo nõ illatiue:ſed complectiue aut incohatiue ponitur. Forte uero. in qua bifariã oſtendit ꝙ ſua ſentẽtia de felicitate fuerit melior.& primo per rõnem ſecundo p̲ cõſuetudines humanas ibi & quẽadmodũ.dicit ergo primo interrogãdo ſed forte non modicũ ideſt multũ refert.i.differt:utrũ in poſſeſſione uel in uſu accipiatur ideſt ponatur optimũ!& utrum in actu uel in habitu!quaſi dicat planũ eſt multum ac maxime differre. eſt enim longe melior uſus q̃m rei poſſeſſio. quod patet in cultelo ceteriſqꝫ rebus externis in quibus uſus multo melior ẽ q̃m poſſeſſio. cum uſus finis ſit poſſeſſionis.ꝙ etiam actus ſit melior q̃m habitus probat phs dicẽs fieri enim poteſt ut habitus exiſtens nihil peragat boni.ueluti in dormiente.ſeu aliter occioſo ſed in actu nequaq̃ fieri poteſt hoc:ſcilicet ꝙ nihil peragat boni.agat enim neceſſe erit:& quidẽ neceſſe erit bene agat:intellige ſi talis habitus ſit uirtus de qua & gratia cuius hic ſermo fuerat introductus.patet itaqꝫ ex his ꝙ quãtum differt uſus a poſſeſſione & actus ab habitu: tantum deuiant a ueritate qui felicitatem & optimum in uirtute eſſe dicunt. at per hoc tantum quoqꝫ ab ariſtotele.& eſt aduertendum ꝙ illa dictio utrum non ponitur hic interrogatiue: ſed diiunctiue.eſt quidem uſitata locutio quando ſequitur diſiunctiua coniunctio.illud utrum precedere.ut ſi dicas ad ornate dicendum nihil differt utrum albus uel niger ſit homo.itaqꝫ ariſtoteles cum hic interrogaret:nullam tamẽ interrogatiuam dictionem poſuit.uel ſi magis placet:dici poterit ꝙ illa dictio utrum poſita eſt a philoſopho pro hac coniunctione quod.ſed hoc in idem redit cum primo. ſicut enim utrum ſic etiam quod poterit diſiunctiue teneri.ut ſi dicas nihil differt quod legas uel non legas.Sequitur illa pars. Et quẽadmodũ.in qua oſtendit idem per humanas conſuetudines.& inquit & quẽadmodũ in olimpia que ut dicunt locus eſt in macedonia iuxta montẽ olimpi nõ coronãtur optimi & fortiſſimi habitu ſed illi qui actualiter certant.nam eorum certantiũ aliqui uincunt & illi coronantur : & ſic ut inquit in uita bonorum & honeſtorum illi duntaxat qui recte agunt:fiunt compotes : hoc eſt optimum aſſequentes.eſt enim compos ille cui res ad uotum ſuccedunt.& quoniã illi ſoli res ad uotum ſuccedum qui optimum aſſequitur:inde eſt ꝙ illi compotes dicuntur qui optimum aſſequſitur.ſtat itaqꝫ ratio in hoc ꝙ ſicut in olimpia nõ datur bonum ultimum olimpie quod bonum eſt corona niſi illis ſolis qui certant ac uincũt:ſic etiam ĩ humana nõ datur ultimum ac optimũ bonum humane uite niſi illis qui recte ac uirtuoſe agunt.patet itaqꝫ ex hic ꝙ optimum non in habitu:ſed in actu conſiſtit. propterea ꝙ premium non pro habitu ſed pro actu ſolummodo conceditur. & eſt aduertendum ꝙ illud nomen olimpias eſſe poterit tertie declinationis aut prime. ut dicas olimpias.dis.uel olimpias.pie.& nomen hoc multifariam ſumitur. aliquando enim pro loco in macedonia iuxta montem olimpi ubi in iouis honorem de quinqꝫ in quinque annos maxima celebrabatur feſtiuitas.aliquando olimpias dicitur ludi ibi facti. tertio modo dicitur olimpias annorum quinqꝫ ſpacium ab una in aliam interceptum & a philoſopho hic ſumi uideť olimpias in prima aut ſecunda ſignificatiõe. Horũ inſuper.hic oñdit in quo opinio q̃ uoluptatẽ adiũgit felicitati conſonet ſue ſentẽtie.

Forte uero nõ modicũ refert utrũ in poſſeſſione uel in uſu optimũ accipiatur & in habitu uel in actu.Fieri enĩ poteſt ut habitus exiſtens nihil peragat boni ueluti in dormiente ſeu aliter occioſo ſed in actu hoc fieri nequaq̃ poteſt agat enĩ neceſſe erit & quidẽ bene agat
Et quẽadmodum in olimpia non optimi & fortiſſimi ſed qui certant coronantur nam eorum aliqui uincunt ſic in uita bonorũ & honeſtorũ qui recte agunt cõpotes fiũt. Horũ inſuper uita ip̃a per ſe uoluptatẽ continet.

bores tolerare.& quia ita eſt cō
cludit dicēs|ſic.i.ſimili modo ē
in uirtutibus.abſtinēdo eī a uo
luptatibus : tempati efficimur.
facti aūt.ſ.tempati:maxime poſ
ſumus abſtinere a uoluptatibus
eodēqꝫ modo ī fortitudine ſe ha
bet.cōſueti.i. conſueſcēdo eim
res ꝑiculoſas contemnere|eaſqꝫ
ſubire:fortes efficimur.facti au
tē fortes:maxime poterimus ſu
bire.ſ.res periculoſas| & eas cō
temnere.quelibet itaqꝫ res poſt
quā eſt genita ac ꝑfecta id maxi
me facere poteſt ex qno iṗa eſt facta.ſicut ignis qui ex calefactiōe giītur: factus qdē
poteſt maxime calefacere.

Nec ſolū generatioēs & augmēta & corrup
tiones ex eiſdē & ab eiſdē fiūt:uerūetiā opera-
tiones in eiſdē erūt.Nam in aliis q̄ euidētiora
ſūt idē accidit ueluti in uiribus fiūt eim uires
ex capacitate multi cibi ac extollerātia multo-
rū laborū & hoc maxime facere robuſtus po-
teſt Sic & in uirtutibus.abſtinendo aūt a uo-
luptatibus tēperati efficimur facti aūt maxie
poſſumus abſtinere.eodēqꝫ modo in fortitudi
ne cōſueti res pariculoſas cōtemnere eaſqꝫ ſubi
re fortes efficimur facti autem maxime pote-
rimus ſubire.

Ignificatio aūt habituū ex uoluptate a
ut moleſtia que facta ſequiť deprehēdi
cōuenit.qui abſtinet a corporis uoluptatibus
ſi ob hoc iṗm gaudet tēperans eſt Sin moleſte
fert intēperās Itē q ꝑicula ſubit & gaudet aut
certe nō dolet fortis ē qui uero dolet timidus.

Ignificatio autem habituum.hoc eſt tertium capitulū in quo philoſophus intē-
dit oſtendere aut materiam aut uirtutis ſignum.& facit tria.primo premittit in
tentum.ſecundo ponit eius rationem.ibi.circa uoluptates eim. tertio ponit rationis
confirmationem.ibi. nam propter.circa primū conſiderandum quod inter operatio-
nes precedentes & ſequentes uirtutis habitum hoc intereſt:quia precedentes ſūt mo
do aliquo cum moleſtia ac dolore:que uero ſequūtur:cum uoluptate & gaudio fiunt.
& intelligit philoſophus per uoluptates actus appetitus inſurgentes ex opinatis bo-
nis tam preſentibus quam futuris.per dolores uero intelligit actus appetitus naſcen
tes ex opinatis malis tam futuris quam preſentibus.dicit ergo | ſignificatio ideſt ſig-
num habituum generatorum tam bonorum quam malorum conuenit deprehendi ex
uoluptate|aut moleſtia.que ſcilicet uoluptas aut moleſtia ſequitur facta ideſt opera.&
hoc declarat exēplo dicēs ille tēperās ē|hoc ē tēperātie habitū hēt q abſtinet a uolup-
tatibus corporis.ſ.potus|cibi & coitus|ītellige inordiatis|ſi gaudet hoc iṗo.ſ. abſtinē
do ab huiuſmodi corporis inordinatis uoluptatibus.& ſi abſtinere ab huiuſmodi uo-
luptatibus fert.i.patitur moleſte ītellige maxime:intēperās eſt. .intēperātie habitū
habet.Itē qui pericula.ſ.belica ſubit ītellige ſm|rōnē & gaudet aut certe nō dolet for

Universidad de Salamanca. BGH



tis eſt.qui uero cū ſubit huiuſmodi ꝑicula dolet intellige maxime:timidus eſt.& quia
fortis ſubit maxime doloroſa q̄ cū gaudio fieri nequeūt : inde ē ꝙ phs dixerit gaudet
aut certe nō dolet.ſed opponitur.ille ei homo qui nullū habet habitū bonū nec ma-
lū:cū abſtinet a uoluptatibus corporis dolet|ac moleſte fert:& tamē ille nō eſt intēpe
rās.idem etiā accidit:ſi pericula ſubeat.& tamē nō erit timidus.cū nullū habeat timi
ditatis habitū.ad hoc dicimus ꝙ illa noīa intēperās|& timidus negatiue intelligūtur
ut ſit ſenſus intēperās.i.nō temperans.& timidus.i.nō fortis.uel dic & melius ꝙ illi
uerbo dolet addendū eſt aduerbiū maxime.itaqꝫ ille qui nō habet habitū:dolet ac mo
leſte fer:nō tamē maxime.ille quidē qui malū habet habitū:maxime dolet | maximeqꝫ
moleſte fert.Deinde cū dicit. Circa uoluptates.aſſignat rationē & dicit|causa qui-
dē cur ſignificatio habituū ex
uoluptate aut moleſtia deprehē
datur eſt:qa moralis uirtus con
ſiſtit circa uoluptates & dolores
ſi eim uirtus moralis circa uo-
luptates & dolores uerſatur tā-
quā circa materiā & obiectū:& eſt quoqꝫ ut iam patebit uoluptatis effectiua:ſequitur
uoluptatē aut moleſtiā ſignū eſſe habitus geniti. itaqꝫ bona boni. mala uero mali erit
ſignū.dubitatur hic utrū uoluptas & dolor ſint obiectū & materia moraliū uirtutum

Circa uoluptates eī & dolores uirtꝰ moralꝭ
conſiſtit. Nam propter uoluptatē improba
facimꝰ.& ꝓpter moleſtiā bn̄ facere omittimꝰ

Et arguitur primo ꝙ nō.uoluptas eſt finis uirtutis:igitur nō erit materia uirtutum.
aſſūptū patet ex libro ſeptimo.itē illud uidetur eſſe materia uirtutis circa qđ impo-
nit mediū ac modū rationis.iuſtitia uero & liberalitas uidētur hoc facere nō circa uo
luptates:ſed circa opationes.in oppoſitū uidetur eſſe phs in hoc caplo.& in libro ſep
timo ubi oſtendēs ꝙ ad ciuilē pertineat cōſiderare de uoluptate:id bifariā oſtēdit.pri
mo quia uoluptas ē finis.ſecūdo qa circa uoluptatē uirtus negociatur.eſt aūt plus q̄m
manifeſtū ꝙ ſi uoluptas eſſet finis & nō materia uirtutis:ille nō eſſēt rōnes diſtincte
quas phs ibi ut diſtintas ponit.ad hāc queſtionē mihi quidē uidetur dicendū ꝙ uolup
tates & dolores bifariā cōſiderātur.uno modo abſolute & ſic ſūt materia moraliū uir
tutū:alio modo cōſiderātur prout bene fiūt:& ſic erūt finis. itaqꝫ bene gaudere & do
lere eſt finis uirtutis.ſicut dare & accipe pecunias ſūt materia liberalitatis.dare tamē
& accipe ſm ꝙ opportet nō materia:ſed liberalitatis finis dicūtur.ſimili igitur modo
dicendū uidetur de uoluptate & dolore.at per hoc facile ē reſpōdere ad rōnes ī oppo
ſitū.ad primā eſt dicendū ꝙ nō eſt incōueniēs ꝙ idē diuerſimode cōſideratū ſit mate-
ria & finis eiuſdē habitus.ad ſecundū dicenhū ꝙ iuſtitia|liberalitas & quecunqꝫ alia
moralis uirtus primo & principalꝛ imponit mediū ac modū rōnis circa interiores af-
fectiones.ſecūdario uero atqꝫ minus principalꝛ id facit circa externas opationes.itaqꝫ
primo animū|ſecūdario manū regulare intēdit uirtus motalis.nō eſt profecto uirtus
q̄ nō uerſetur circa interiora ſimul & exteriora.de iuſtitia tamē & liberalitate & qui-
buſdā aliis eſt nobis manifeſtius eſſe circa exteriores opationes:q̄m circa animi affec
tiones.in tēperātia uero & fortitudine uidetur notius ꝙ ſint circa animi affectiones:
q̄m circa opationes.& hac de cauſa inoleuit dici ꝙ iuſtitia ſir circa opationes:alie ue-
ro uirtutes ſint circa animi perturbatioēs.quis tn̄ dubitabit ꝙ tēperātia ſit nō ſolum
circa interiores animi perturbatioēs:ſed etiā circa cibos|ac potus & coitus quorū qđ
libet in exteriotibus cōſiſtit.eodēqꝫ modo fortitudo nō ſolū habet ꝙ regulet interio-
res audatias & timores:ſed etiā exteriores periculorū aggreſſus.diſtinctionē itaqꝫ illā
q̄m aliqui aſſignāt inter iuſtitiā & alias uirtutes per hoc ꝙ iuſtitia eſt circa opationes
alie nero circa animi perturbatioēs ego ercle nō intelligo.cū ariſtoteles uniuerſasuir
tutes circa uoluptates & dolores eſſe dixerit.at per hoc circa animi perturbatioēs aut
affectioēs.Deinde cū dicit. Nā ꝓpter uoluptatē & c̄.ponit rōnis confirmationē. et
prīo eā cōfirmat rōnibus ſūptis ex his q̄ ꝑtinēt ad uirtutē. ſecūdo ex his q̄ ꝑtinēt ad
hoīem uirtuoſū.ſecūda ibi probat etiā illud.circa primū quattuor ponit rōnes.ſecū-
da ponitur ibi preterea ſi|tertia ibi oſtēdunt hoc.quarta ibi preterea ut.dicit ergo|pri
mo ꝙ moralis uirtus conſiſtat circa uoluptates & dolores patet:nam propter uolupta
tem que nos ad ſe alicit nōnunquā facimus improba & propter moleſtiā que.ſ.eſt ī la
boribus honeſtis aliquādo bēnfacere ōmitimus.itaqꝫ uoluptas nos ad mala trahit mo
leſtia uero a bono retrahit.fuit igitur neceſſarie uirtus q̄ nec ꝑmitteret ꝓpter uolup-
tatē impba cōmittere nec ꝓpť moleſtiā a bono recedere.itaqꝫ ut plato inqt ab iṗa ado

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

leſcentia cõuenit hoies eſſe inſtitutos.i.inſtructos:ut pro quibus oporret gaudeamus ac doleamus.hec eim eſt recta iuuenũ diſciplina.ſ.ꝙ taliter inſtituãtur ut pro quibus oportet gaudere gaudeãt:& pro quibus dolere opportet doleãt.& poterit quidẽ illa p̃poſitio pro teneri pro in.uel melius ſic ut iacet pro cauſa.ibi. Preterea ſi uirtutes.ponit ſecundã rõnem:dicẽs preterea quia uirtutes ſũt circa actus.ſ.exteriores & affectus quidẽ interiores:oẽm uero actũ & affectũ intellige plurimũ ſequitur uoluptas aut dolor:quia inq̃m ita eſt:circa uoluptates & dolores erit uirtus.intelligẽda ſũt hic duo|primũ ꝙ ſicut ſupra dicebamus oĩs uirtus ſimul eſt circa affectus & actus exteriores.primo tamẽ & principal'r circa affectus|ſecundario uero circa actus exteriores.ſecũdo notandũ ꝙ oẽm actũ & affectũ ſequitur uoluptas aut dolor.intellige hoc ꝑ maiori parte.poterit quidẽ eſſe actus ul'affectus ĩ quo nec ſit gaudiũ nec moleſtia.hoc tamẽ raro cõtingit.Deinde cũ dicit. Oſtendũt hoc.ponit tertiã rationẽ dicẽs|pene.i.pugnitiones.ſ.ciuiles q̃ infligũtur.ꝑpterea hoc eſt ꝑpter uirtutes reſtituendas:uel dic ꝑpterea.i.ꝑpter uoluptates & dolores.ſ.inotdinatas:oſtendũt hoc.ſ.ꝙ uirtutes ſint circa uoluptates & dolores.cuius ratio eſt qa pene ciuiles ſũt medecine quedã.ſ.curãtes animi uicia q̃ ſũt eius morbi.medecinarũ aũt eſt ea natura:ut per cõtraria fiãt.ut replectio:euacuatione & calida:frigidis curant̃ pene igitur q̃ propter uicia infligũtur erũt uirtuoſe.unde patet ꝙ uirtus ſit circa dolores cũ uirtus ſimilia faciat his ex quibus generatur.& ſi quidẽ ẽ circa dolores ut hic a pħo probat̃:erit etiã cerca uoluptates.cum idẽ habitus circa cõtraria uerſetur.Deide cũ dicit. Preterea ut.ponit quartã rationẽ.& primo facit hoc.ſecũdo infert ex predictis cauſã opinioĩs ſtoicorũ.ibi quaꝑpter.& dicit preterea ut ſupra diximus oĩs habitus habet naturã q̃ ſ.uerſetur ad illa|& circa illa q̃ talia ſũt ut illũ efficiãt meliorẽ| aut deteriorẽ.i.bonũ aut malũ.ſed hoĩes fiũt praui per uoluptates & dolores.ſ.ſequẽdo & fugiẽdo uoluptates uel quas nõ oportet:uel quãdo nõ oportet:uel quotiẽs talia a ratione perſcribãtur.i.determinẽtur aliter intellige q̃m hoĩes perſeq̃ntur aut fugiãt.ſi itaqꝫ ex uoluptatibus ac doloribus fiũt habitus:circa uoluptates ac dolores erũt habitus.Deinde.cũ dicit. Quaꝑptet.infer ex ptedictis cauſã opionis ſtoicorũ.& primo facit hoc.ſecundo hanc ſtoicorũ opionem improbat.ibi.nõ tamẽ.tertio cõcludit principale intẽtum ibi.ſubeſt igitur.dicit primo quaꝑpter.ſ.quia ꝑpter uoluptates & dolores hoĩes fiũt praui:uirtutes diffiniũt.ſ.ſtoici trãquillitates quaſdã & quietes.hoc aũt dicũt credentes ꝙ uirtutes oĩno expellerẽt|ac penitus euellerẽt animi cõmotiones|quas dicũt proprio noĩe animi perturbatioẽs eſſe dicẽdas.ibi. Nõ tamẽ. reprobat pħs iſtorũ ſentẽtiã dicẽs|nõ tamẽ bene diffiniũt uirtutes trãquillitates & quietes.error quidẽ eorũ ẽ:quia uirtutes dicũt quieſcere ſimpl'r.i:total'r uel dic ſimpl'r.i.abſolute:.& non dicunt eas quieſcere ut opportet & quãdo|& alia quodcũqꝫ.i.quecũqꝫ alie circũſtantie adiungũtur.i.adiungi debẽt.uirtus itaqꝫ dicit appetitus uel animi quietẽ nõ abſolute| ſed quãdo opportet|& ubi|& cetara.intelligẽda ſũt hic duo.primo ꝙ ſtoici quorũ principes fuere zeno & criſipus duas ſicut & peripatetici ponũt animi partes.i.rõnis parti

Itaqꝫ ab ip̃a adoleſcẽtia inſtitutos eſſe cõuenit ut Plato inquit ut pro quibus oportet gaudeamus & doleamus hec eim recta eſt diſciplina.

Preterea ſi uirtutes ſũt circa actus & affectus Oẽm uero actũ & affectũ ſequitur uoluptas aut dolor uirtus circa uoluptates & dolores erit. Oſtendũt hoc pene que ꝑpterea infligũtur.Sũt eim medicine quedã. Medicinariũ aũt ea natura ẽ ut per cõtraria fiãt. Preterea ut ſupra diximus oĩs habitus animi ad illa & circa illa naturã habet que talia ſũt ut illũ meliorẽ aut deteriorẽ efficiãt.Sed per uoluptates & dolores praui fiũt ſequẽdo & fugiendo uel quas nõ oportet uel q̃ndo nõ oportet uel quotiens aliter a ratione talia ꝑſcribãtur.

Quaꝑpter uirtutes diffiniũt trãq̃llitates q̃ſdã & quietes. Nõ tñ bene ꝙ ſimpl'r dicunt ſed nõut oportet & qñ & quocũqꝫ alia adiũgãt̃



cipẽ|& alterã rõnis expertẽ.ſ.appetitũ.in hac quidẽ animi parte rõnis experte dicunt eſſe quattuor animi ꝑturbatioẽs:duas quidem reſpectu boni|alias uero duas reſpectu mali.futuri quidẽ boni eſt libido|preſentis uero eſt letitia geſtiẽs.reſpectu uero mali futuri ut dicũt eſt metus:preſẽtis aũt eſt egritudo uel dolor.in ea uero animi parte q̃ eſt rationis particeps dicũt eſſe tres cõſtantias quas trãquillitates & quietes animi dicũt.prima eſt uolũtas q̃ eſt reſpectu boni futuri.ſecũda reſpectn boni preſẽtis ẽ gaudiũ.tertia eſt cautio q̃ eſt reſpectu mali futuri.preſẽtis uero mali nullã dicũt eſſe conſtantiã q̃ dolori opponat̃.eoꝙ in ſapiẽte nihil poteſt cadere de quo doleat.has uero cõſtantias & illas animi ꝑturbatioẽs partiũtur in alias plures.oĩs tamẽ ſub his cõtineri dicũt.ſecũdo notandũ ꝙ ſtoici & peripatetici quorũ ariſtoteles princeps dicit̃:quãtũ attinet ad ꝑpoſitũ bifariam differũt.primo quia ut patet ex libro primo pipatetici uirtutes morales ac uicia eſſe dicũt in ea animi parte q̃ eſt rõnis exp̃s.ſ.in appetitu:ſtoici uero uirtutes ponũt in ea animi parte q̃ eſt rationis particeps.ſ.in intellectu uicia quidẽ eſſe putãt in appetitu.ſecũdo differũt qa ſtoici putãt oĩs motus appetitus eẽ ſcḋm ſe malos ac prauos.& hac de cauſa putãt hoĩem nõ eſſe uirtuoſũ quouſqꝫ tales motus ſint penitus erradicati ac euulſi.pipatetici uero huiuſmodi motus appetitus nec malos nec bonos eſſe abſolute dicunt.itaqꝫ ſicut comedere de ſe nec honeſtũ nec inhoneſtũ dicitur:ſed ſi quidẽ fiat ſcḋm rectã rõnem erit honeſtũ ac bonũ.ſi aũt preter rõnem fiat:inhoneſtũ ac malũ erit.ſic igitur pipatetici de motibus appetitus eſſe dicũt.itaqꝫ audere|timere|cupere| & huiuſmodi abſolute nec bona nec mala ſũt:ſed indifferẽtia ad utrũqꝫ.ſcḋm rõnem quidẽ facta bona ſũt:preter rõnem uero mala erũt.in hac quidẽ cõtrouerſia mihi quidẽ uidetur ꝙ ſtoici ĩ hoc ꝙ uirtutes & uicia ponũt in diuerſis animi partibus ſatis aperte errauere.in hoc uero ꝙ dicebãt motus ipſius appetitus eſſe malos:nõ eſt facile eos impugnare.ſi eĩm alique animi perturbatioẽs ſũt de ſe male:eſt ueriſimile ꝙ cetere ſint huiuſmodi.ſũt aũt alique tales.ut maliuolẽtia inuidia & huiuſmodi.ſed de his attenus. Subeſt igitur.concludit intentũ principale dicẽs igitur ſubeſt.i.ſequitur.ſ.ex prefatis quattuor rõnibus uirtutẽ eſſe circa uoluptates & dolores|opatricẽ optimorũ.uiciũ aũt cõtra.i.per cõtrariũ.ſ.operatricẽ peſſimorũ circa uoluptates & dolores.cõfirmata eſt itaqꝫ argumẽtatioĩs ratio q̃tuor rõnibus ſũptis ex his q̃ ad uirtutẽ pertinẽt.& eſt aduertendũ ꝙ ibi cũ dicit optimorũ operatricẽ utitur pħs iperbole.nõ eĩm quelibet uirtus opatur abſolute optima tamẽ opatur talia q̃ ſũt ualde bona. Probat etiã illud.inducit ad ꝑpoſitũ alias q̃ttuor rõnes ſumptas ex parte hoĩs cui uirtus ac uoluptas ineſt.ſecũda ponitur.ibi.cunctis etiã.tertia ibi.regimus aũt.quarta ibi.inſuper difficilius.& poſſet tota hec pars dici argumẽtationis exornatio.argumẽtatione nãqꝫ per rõnes prefatas ſatis cõfirmata:ſupadditur hec pars honeſtãde|ac locupletãde cauſa.dicit ergo primo|etiã illud.ſ ꝙ uirtus ſit circa uoluptates & dolores probat:ſubaudi hoc ſequẽs|quia cũ tria pertineãt ad capiendũ conſiliũ|& tria ad repudiandũ:hoc eſt tria cõſilio capiũrur|tria uero cõſilio repudiãtur:capiũtur quidẽ cõſilio:honeſtũ|utile|& uoluptariũ:& tria uero his cõtraria cõſilio repudiãtur.ſ.turpe|inutile & moleſtũ:homo quidẽ bonus omnia hec recte cõſequitur.i.recte cõſiderat|eligit ac repudiat:malus uero circa oĩa prefacta aberrat:ſed precipue circa uoluptatẽ aberrat.quia igit̃ ita eſt:'erit uirtus precipue circa uoluptatẽ.cũ uirtus circa ea precipue ſit in quibus frequẽtius contingit errare.circa uoluptatẽ aũt cõtingit errare frequẽtius ꝑpter eius cõmunitatẽ.eſt ei cõmunis cũctis animãtibus.Itẽ cũcta q̃ in electionẽ cadũt ſubſequitur.nã & honeſtũ & etiam utile iocundũ uidetur.intelligẽda ſũt hic dno.primo ꝙ ea cõmunitas uoluptatis qua

tesSubeſt igitur uirtutem eſſe circa uoluptates & dolores optimorũ operatricẽ uiciũ aũt cõtra. Probat etiã illud q'l' cũ tria ad capiẽdũ repudiandũqꝫ cõſiliũ pertineãt honeſtũ utile uoluptariũ.Et tria his cõtraria turpe inutile moleſtũ.Bonus quidem hec omnia recte cõſequitur malus uero aberrat.Sed precipue circa uoluptatem Hec enim cõmunis eſt animantibus & cuncta que in electione cadũt ſubſequtur.Nam & honeſtum & utile iocundũ uidet̃



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

eſt cōmunis cunctis animantibus hic a pħo per accidēs tangiť. ea uero qua ſubſequiť cuncta que in electione cadunt facit ad propoſitū. ſecundo notandū ꝙ uoluptatis nomē bifariā ſumiť. uno modo pro ſpecie: & ſic uoluptas nō eſt cōmunis honeſto & utiliſſimo eis opponiť. alio modo ſumiť pro genere/ & ſic eſt cōmune ad omne bonū. hoc itaqꝫ modo honeſtū iocundū uideť. & etiam utile. Cunctis etiā. ponit ſecundam rationē dicens/ etiam uoluptas cunctis nobis eſt ſimul educata a puericia. mox eīm cum nati ſumus in lacte/ aliiſqꝫ pluribus gaudemus. quapꝑter arduū eſt penitus reicere. i. rationi ſūmittere hanc rem. ſ. uoluptatē noſtre uite inſitā. & cum uirtus ſit circa ardua: erit itaqꝫ uirtus circa uol uptatē. poſſet etiā dici & forte melius ꝙ illa pars Cunctis etiā & cetera: nō ſit ratio diſtincta a ſuperiori: ſed uidetur addere aliam uoluptatis cōmunitatē/ que attenditur reſpectu etatis ac tēporis. quod uero dicit Quapꝑter & cetera aduerſus ſtoicos dicere uidetur qui uoluptatē a ſapiēte reiicere annituntꝛ. ſed quia ſētire ut pauci/ loqui ut plures licitū eſt: prima ſentētia teneri poterit. item quia utrū illo/ aut hoc modo dicať nō multū differt quātum ad propoſitū attinet. ibi. Regimus aūt. ponit tertiā rationem. uľ ſi precedēs nō diſtingať a prima. hec erit ſecunda ratio. dicit ergo/ regimus aūt actus noſtros alii magis/ alii minus per uoluptatē & dolorē. illis itaqꝫ actibus intēdimus in quibus uoluptatē ſentimus/ ab eis aūt fugimus in quibus dolorē percipimus. qđ licet aliquādo deficiat: tamē ut plurimū tenet uerū. ob hoc igitur eſt neceſſe totū negociū ſcilicet ciuilis ac uirtutis uerſari circa illas. ſ. uoluptates/ letari eī aut dolere probe / aut improbe nō parum eſt/ aut dic nō parum differt ad res agendas. qui bene quidē letatur: bene ac bona operatur. qui uero male: mala/ ac male utiqꝫ agit. Inſuper difficilius. ponit q̄rtam rationē/ uel ſi ut dictum eſt ſecunda nō diſtingatur a prima: erit hec tertia ratio: dicit ergo/ ut eraclitus inquit difficilius eſt repugnare uoluptati quā ire. & intellige dictum eracliti uerum tenere quantū ad continuitatem/ nō autē quantū ad impetum. itaqꝫ extenſiue maior eſt uoluptas quam ira. intenſiue autem econtra. uirtus uero ſēper exiſtit circa difficiliora. & etiam ars. in rebus quidē facilibus quilibet poterit bene operari. in difficilibus autem is ſolum qui uirtutē aut artem habet. nam bene ideſt bonum melius eſt ideſt melius efficitur. in hoc ſcilicet in re difficili. itaqꝫ ob id quoqꝫ circa uoluptates & dolores eſt totum negociū uirtutis & ciuilis ſcientie. nam qui bene utitur his ſcilicet uoluptatibus ac doloribus: bonus erit. qui male/ malos. ſed opponitur. quoniā libro ſeptimo dicit eſſe difficilius repugnare ire quā uoluptati. ad hoc dicatur ſicut prius diximus/ ꝙ maior eſt ira quantum ad impetum / duratione uero & continuitate maior eſt uoluptas. uel dic & melius ꝙ ariſtoteles hic nō intendit approbare dictum eracliti/ ſed ex eo dicto ſolum intendit demonſtrare ꝙ repugnare uoluptati ſit difficile. ut inde concludat circa cam eſſe uirtuem. eſt itaqꝫ uirtus circa uoluptatem & etiam iram. cum repugnare tam uoluptati quā ire ſit difficile. Eſſe igitur. epilogat ante dicta. & primo quod ultimo. ſecūdo quod in primo capitulo dixerat. tertio quod in ſecundo. dicit ergo eſſe igitut uirturem circa uoluptates & dolores ſatis dictum eſt/ ideſt ſatis demōſtratum eſt. in hoc ſcilicet capitulo. & etiam ſatis eſt dictū

Cunctis etiā nobis a puericia ſimul educata eſt. Quapꝑter arduū eſt hanc rem inſitam penitus uite noſtre reiicere. Regimus autē actus noſtros alii magis alii minus ꝑ uoluptatem & dolorē. Ob hoc igitur neceſſe ē totum negotiū circa illa uerſari. Non parū eſt enī ad res agendas probe aut improbe letare aut dolere. Inſuper difficilius eſt uoluptati repugnare q̄ ire ut Eraclitus inquit. circa difficiliora uero ſemꝑ ars uirtuſqꝫ exiſtit. nam bene in hoc melius eſt. itaqꝫ ob id quoqꝫ circa uoluptates & dolores totū negociū eſſet uirtutis & ciuilis. nam qui bene his utitur bonus erit qui male malus. Eſſe igitur uirtutē circa uoluptates & dolores & ex quibus fit ab eiſdem augeri. Atqꝫ aliter factis corrumpi & circa illa operari ex quibus fit ſatis dictum eſt.



ex quibus fit: ab eiſdem augeri/ atqꝫ aliter. ſ. contrario modo factis corrumpi. & hoc i capitulo primo: dictum eſt etiam in capitulo ſecundo uirtutem circa illa operari ex quibus fit. hoc eſt talia ac ſimilia facere illis operibus ex quibus fit. occaſione precedentium dubitatur hic: utrum intentio principalis in hoc capitulo fuerit oſtendere quid eſſet uirtutis ſignum/ an potius demonſtrare ꝙ uirtus eſſet circa uoluptates & dolores. ad hoc dicitur ꝙ nemini eſt ſatis notum quid horum duorū ariſtoteles principaliter in hoc capitulo intenderit. nos autem eum introduxeramus: tanq̄ uirtutis ſignū hic intēderet inquirere. & hoc quia uiri quos nō parue credimus auctoritatis ſic primo intellexere. item quia ſecundum uideaur ab ariſtotele inductum in demonſtrationem primi: nihilominus ſatis probabiliter poſſet dici ꝙ principalis intētio fuerit demonſtrare uirtutem uerſari circa uoluptates & dolores tanq̄m circa materiā proximā ac principalem.

Ed quereret fortaſſe quiſpiam. hoc eſt capitulū q̄rtum. ī quo mouetur & ſoluitur queſtio dependens ex predictis & facit quattuor primo poīt dubitationē & dubitandi cauſam. ſecundo ponit queſtionis ſolutionem. ibi Vel nō in artibus. tertio inducit concluſionē principaliter intentam. ibi Bene ergo diciť. quarto redarguit quorūdam errorē. ibi Sed plerique. fuetat quidem dictum in capitulo primo ꝙ iuſta agendo: iuſti efficimur. & modeſta: modeſti. & fortia. fortes. & ſic de ceteris uirtutibus. citca hoc pħus mouet hic queſtionē dicēs. ſed fortaſſe quiſpiam quereret quēadmodum dicimus. i. dicere poſſumus: ꝙ iuſta agendo: iuſtos. & modeſta modeſtos fieri opportet. eodēqꝫ modo de ceteris uirtutibus dubitari poterit. cauſa dubitādi eſt: quia ſi iuſta & modeſta agūt: iam ſunt iuſti. & modeſti. ceu ideſt ſicut ſi grāmatica & muſica. i. grammaticalia & muſicalia agunt: iam ſunt grāmatici. & muſici. uidetur itaqꝫ ex his ꝙ uirtutes & artes nō fiant ex opetibus. Vel nō in artibus. ſoluit prefactam dubitationē. & primo interimendo id quod aſſumebatur de artibus. ſecundo interimendo ſimilitudinē. ibi Preterea nequaq̄. & dicit uel. i. etiam in artibus nō ſe habet ita: ſcilicet ꝙ ille qui agit grāmatica ſit grāmaticus. aut qui agat muſica ſit muſicus. nā fieri poteſt ut quid grāmaticum ideſt grāmaticale agatur fortuitu. poſſibile eſt eīm ꝙ aliquis a cauſu cōgrue ac pure eloquatur. & nō ſolum ſic: ſed eriam poterit quis pure eloqui alio ſuppoſito ideſt per hoc ꝙ ſub aliena perſona ponitur. ſicut patet de hiſtrione qui dum fabulas agit: alienam induit perſonam: multaqꝫ geſtu ac uerbis repreſentans que in eo nō ſūt. tunc igitur erit grāmaticus homo: cum faciet aliquid grāmaticum & grāmatice. hoc eſt ſecundū eam grāmaticam que in ipō eſt. itaqꝫ nō a caſu/ nec alium imitando/ uel repreſentando: ſed per eum habitū grāmatice qni in ipō eſt. Preterea nequaq̄ ſimile. ponit ſecundā ſolutionē interimēdo ſimilitudinē arciū ad uirtutē. & primo facit hoc ſecūdo cōcludit ſolutionē predicte dubitationis. ibi Res eīm tūc iuſta. dicit ergo pre-

Ed quereret fortaſſe quiſpiā quēadmodum dicimus ꝙ iuſta agendo iuſtos & modeſta modeſtos fieri oportet. Nam ſi iuſta & modeſta agūt iam ſunt iuſti & modeſti ceu ſi gramatica & muſica gramatici & muſici. Vel nō in artibus ita ſe habet. Nam fieri poteſt ut gramaticū quid agatur fortuito & alia ſuppoſito. Tunc igitur gtamaticus erit cū gramaticū aliquid & gramatice faciet hoc eſt ſecundū eam gramaticā que in ipō eſt. Preterea nequaq̄ ſimile eſt in artibus & uirtutibꝰ Nam que ab arte procedunt laudem in ſe habent. Quare ſufficit ſic illa exiſtere ita. Sed q̄ a uirtute proficiſcuntur nō ſatis eſt ſi ipā iuſte quodāmodo ſe habent & modeſte agantur. Sed ſi agens ita egerit primo ſi ſciens ſecundo ſi eligens & eligens propter ipā. tertio ſi certo & imobili iudicio agat. Ad ceteras uero artes habendas nihil horū reqriť preterq̄ ſcīa ac in uirtutibꝰ ſcire ipm̄ parū ē aut nihil. uti uero atqꝫ exercere plurimū imo totū ualet: ut pote ex frequēti actiōe iuſtorū modeſtorūqꝫ ꝓueniat



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

terea nequaquã eſt ſimile in artibus & uirtutibus. nam illa que procedũt ab arte laudem habent in ſe ideſt ex ſe & nõ ex alio. uel dic laudem ideſt id bonum unde laudantur habent in ſe. & ſub audi nõ in alio. quare ſufficit illa que ab arte producuntur exiſtere ita ſcilicet in ſe laudem ac bonum habentia. ſed que a uirtute proficiſcuntur: nõ ſatis eſt ſi ipã iuſte quodãmodo ſe habent & modeſte agantur: ſed erit ſufficiens ſi agens egerit ita ſcilicet modo ſequenti: primo ſi ſciens que eĩm per ignorantiam fiunt nec uirtuoſa nec uiciosa ſunt. ſecundo ſi eligens. uirtuoſa quidem ex electiõe nõ ex animi perturbatione aguntur. & eligens propter ipã. finis autem uirtutis eſt eius operatio. ſicut oculi finis eſt uidere. quouſq; igitur homo uirtuoſa propter ſe eligat: uirtuoſus nõ eſt. tertio ſi agat certo & immobili iudicio ideſt propoſito. quod uero

Res eĩm tunc iuſta & modeſta dicitur quãdo talis eſt qualem iuſtus & modeſtus ageret. Iuſtus autem & modeſtus eſt nõ qui hec agit ſed qui ſic agit ut iuſti & modeſti agũt. Bene ergo dicitur ꝙ quis iuſta agendo iuſtus fit & modeſta modeſtus. Non agendo autem nullus ut bonus ſit nec curare quidem uidetur.

dicit certo & immobili dictum eſſe uidetur interpretatiue: uel expoſitiue: ut et coniunctio pro ideſt accipiatur. ad ceteras uero artes habendas: ideſt ad ceteros arcium habitus habẽdos: nihil horum trium requiritur preter quã ſciẽtia. at in uirtutibus ipſum ſcire nihil aut parum eſt. intellige hoc dictum eſſe nõ abſolute ſed per comparationem ad alia duo. uti uero ideſt operari & exercere plurimum imo totum ualet ad uirtutes habendas. & totum dixit iperbolice ut expreſſius ſignificaret ad uirtutes comparandas ſciẽtiam eſſe parum operari uero maximũ. ut pote ideſt tanq̃ uirtuoſa ſint illa que ex frequenti actione iuſtorum modeſtorũq; proueniant. ex actione itaq; rerum iuſtarũ ac modeſtarum & aliarum ſimilium proueniunt uirtutes. ex dictis philoſophi in hac parte tria notantur que mẽti cõmendabis. primo ꝙ operationes exteriores nõ abſolute ſed per cõparationem ad hominem interiorem dicuntur uirtuoſe. at per hoc ſecundũ philoſophũ differũt ab artificialibus que nõ per cõparationẽ ad aliud ſed in ſe laudem habẽt. ſecundo notatur ꝙ uirtuoſa magis in interioribus quam in exterioribus conſiſtant. cum externa non niſi propter interiora dicantur uirtuoſa. propter eĩm unũquodq; tale. & id magis dicitur. tertio notatur ꝙ finis cuiuſq; uirtutis eſt eius operatio. licet eim uirtutis opus ab altiori uirtute nõnunq̃ ad altiorẽ finem ordinetur: nulla tamẽ ſecundũ ꝙ talis ſe extendit ultra propriũ opus. ſicut oculus qui ad intellectũ ordinatur: & tamẽ ipẽ i q̃ntum talis habet uidere pro fine. oĩs itaq; circunſtãtie ad uirtutẽ requiſite determinãtur a prudentia cuius eſt uidere gratia cuius operatio fiat atq; de loco & tẽpore ceteriſq; aliis. talis autẽ operatio ſic a prudentia determinata eſt uirtutis finis: ultra quẽ uirtus in quantũ talis nõ ſe extendit. Res eĩm tunc. concludit ſolutionẽ prefate dubitationis. & dicit res eĩm. i. res quidem aut res itaq; tunc iuſta & modeſta dicitur q̃ndo eſt talis qualẽ iuſtus homo & modeſtus ageret. quaſi dicat res tunc iuſta ac modeſta dicitur: quando eſt ſimilis operibus iuſti ac temperati hominis. que ſimilitudo attẽditur in hoc ꝙ utraq; fit ſecundũ rationẽ. ſ. quando & ubi & gratia cuius opportet ceteriſq; circunſtantiis ſeruatis. iuſtus autẽ & modeſtus eſt: nõ qui agit hec. ſ. talia qualia iuſtus & modeſtus ageret: ſed ille iuſtus & modeſtus eſt qui ſic agit ut iuſti & modeſti agunt. ſ. ſciens eligens & eligens propter hec atq; certo & immobili iudicio. hoc autẽ a nobis tunc cognoſcitur a uirtute fieri quãdo cum uoluptate fit. ſignũ eĩm uirtutis ut ſuperius dicebatur: ex uoluptate aut moleſtia deprehenditur. ſed forte aliquis dubitaret quomodo ſit poſſibile ꝙ homo ſine uirtute operẽ uirtuoſa cũ omĩs operatio preſuponat rem eſſe ĩ actu: ſicut dicitur nono methaphiſice. ad hoc dicimus ꝙ uirtus moralis de qua hic intẽdimus conſiſtit in hoc ꝙ appetitus ſecundũ rationẽ reguletur principia quidẽ rationis tam in praticis quã in ſpeculatiuis ſunt nobis naturaliter indicta. atq; ex eis principiis in ſpeculabilibus peruenimus in concluſiones: in praticis uero in operationes. Bene ergo & cetera. hec eſt tertia pars capituli in qua concludit concluſionẽ principaliter intentã. & dicit bene ergo dicitur ꝙ iuſta agendo quis iuſtus fit. & modeſta modeſtus. nõ agendo aũt nullus bonus fit. nec ideſt nec curare



quidem uidetur ut bonus ſit: itaq; ille qui non operatur uirtuoſa: nec fiet bonus nec curam uidetur habere ut bonus fiat. quod uero philoſophus dicit ꝙ iuſta agendo: qs iuſtus efficitur. & modeſta modeſtus: intelligatur iuſta & modeſta ideſt talia qualia utiq; iuſtus & modeſtus ageret. hoc eſt dicere: ſimilia operibus iuſti atq; modeſti hominis. Sed pleriq; & cetera. hec eſt ultima pars huius capituli in qua redarguit quorumdam errorem. & primo eum recitat. ſecundo ipm reprehendit. ibi Egrotos immitati. dicit primo ſed pleriq; nõ faciunt ita: ſcilicet ꝙ operando uel agendo curent bonos fieri. uerum ad uerba diſputationemq; conuerſi: putant ſe philoſophari ideſt philoſopbiam habere atq; ita ſcilicet philoſophando putant ſe fieri bonos uiros. Egrotos imitati & cetera. teprehendit prefactum errotem. & dicit tales quidem homines

Sed pleriq; non ita faciunt. Verum ad uerba diſputationemq; conuerſi putanr ſe philoſophari atq; ita uiros bonos fieri. Egrotos imitari qui uerba medicorum audiunt quidẽ diligenter faciunt autem nihil ex his que ſibi precepta ſunt. Vt ergo illorum corporibus nõ bene erit qui ita curantut. Sic nec illorum animis qui ita philoſophanrur.

Oſt hec autem quid ſit uirtus conſiderandum eſt. Cum igitur tria ſunt que in animo fiunt: affectus potentia habitus horum certe aliquid uirtus erit. Affectus quidem uoco cupiditatem: iram: metum: audaciam: inuidiam: leticiam: amorem: odium: deſiderium emulationem miſericordiam & uniuerſaliter illa q̃ uoluptas aut moleſtia ſequitĩ.

ſunt imitati ideſt imitãtes egrotos qui uerba medicorum audiunt quidem diligẽter: nihil autem faciunt ex his que precepta ſunt. ut ergo nõ bene erit ideſt non bene ſuccedet corporibus eorum qui ita curantur: ſcilicet audiendo medicorum precepta & nihil faciendo: ſic ideſt ſimili modo nec bene erit animis illorum qui ita philoſophantur: ſcilicet philoſophie precepta audiendo: nihilq; de eius preceptis operando. occaſione iſtius dubitaret aliquis utrum per ſtudiũ ſine operibus poſſit haberi philoſophia. ad hoc dicimus ꝙ ſi p philoſophum intelligas nõ ſolum ſcientem ſed etiam prudentem: cum prudẽtia ex operibus comparetur: non erit poſſibile hominem eſſe philoſophum ſine operibus. de hoc itaq; philoſopho intelligunt ſtoici quando dicunt: dolorem non cadere in ſapientem.

Oſt hoc autem quid ſit uirtus. hic incipit tractatus ſecundus de quidditate ſeu diffinitione uirtutis. atq; eius manifeſtatione in ſingulis uirtutibus: & continebit hic tractatus capitula tria. in primo inquirit genus uirtutis. circa quod tria facit. primo premittit intentum atq; diuiſionem earum rerum que ſunt in animo. ſecundo manifeſtat membra prefacte diuiſionis. ibi Affectus quidem. tertio oſtendit uirtutem nõ eſſe in genere affectus nec potentie: ſed in genere habitus. ibi Affectus ergo non. dicit ergo primo poſt hec autem conſiderãdum eſt quid ſit uirtus. cum igitur tria ſint que in animo fiunt: ſcilicet affectus potẽtia habitus: certe aliquid horum erit uirtus ſequitur per hoc ꝙ uirtus ut patet ex libro primo eſt de numero eorum que ſunt in animo. aduertendum ꝙ prefacta diuiſio nõ comprehẽdit uniuerſa que ſunt in animo: comprehendit tamẽ omnia que ſunt operationũ principia. uirtus quidem ſicut patet ex predictis principium eſt operationis. & ſi aliquis dicat ꝙ ſpecies intellegibilis eſt in animo & eſt principium operationis: & non eſt aliquid illorum trium. ad hoc eſt dicendum ꝙ ſpecies intellegibilis aut eſt idem cum habitu: aut ſub eo ſaltem comprehenditur. Affectus quidem & cetera. manifeſtat membra prefacte diuiſionis. & primo qui ſint affectus. ſecundo que dicantur potentie. ibi Potentias autem. tertio q ſint habitus. ibi Habitus autem. dicit primo affectus quidem uoco: cupiditatem iram metum audatiam inuidiam leticiam amorem odium deſiderium emulationem miſericordiam & uniuerſaliter illa que uoluptas aut moleſtia ſequitur. ſicut enim patet ex dictis in precedentibus oẽm actum oẽmq; affectum concomitatur uoluptas aut dolor. omnis etiam ut diximus animi affectus ad uoluptatem aut moleſtiam terminatur. quid



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

autem aristoteles intelligat per cupiditatem iram & huiuſmodi. patet ex eorum diffi
nitionibus inferius traditis: ubi ſtoicorum opinionem pertractabimus. illa quidem
nomina quibus pro rebus improbis utuntur ſtoici aretinus interpretatus eſt pro eiſ-
dem rebus quas ariſtoteles non ut ſtoici improbas: ſed ad bonum & malum indifferē
tes eſſe dicit: itaq; apud ſtoicos & peripateticos res ſignificate eedem ſunt. de eiſdem
tamen rebus eorum ſententie longe ſunt diuerſe. Potentías autem & cetera. ī qua
oſtendit que ſint potentie. & dicit potentias autem uoco ſecundum quas apti ſumus
ſuſcipere illos ſcilicet animi affectus. ueluti ſecundum quas poſſumus iraſci aut dole
re aut miſereri. eodemq; modo ille per quas poſſumus uidere audire intelligere & hu
iuſmodi. Habitus autem. oſtendit quid per habitum intelligat. & dicit habitus au
tem uoco per quos bene uel ma
le ad affectus nos habemus. ue-
luti ad iraſcendum ſi uehemen
ter aut remiſſe iraſcimur: male
nos habemus. ſi mediocriter ira
ſcimur: bene nos habemus. eo-
dem modo dicendum eſt circa a
lia: hoc eſt circa alios animi affe
ctus. in affectibus quidem ſicut
in ceteris media fiunt ſecundū
habitum uirtutis extrema uero
uiciorum ſunt errata. Affec-
tus ergo non ſunt. hec eſt ter-
tia pars huius capituli princi-
palis. in qua premiſſa diuiſione
earum rerum que ſunt in ani-
mo: oſtendit ſub qua predictarū
uirtus contineatur. & primo oſ
tendit ꝙ uirtutes non ſint affec
tus. ſecundo ꝙ non ſint poten-
tie. ibi Propter hec. tertio oſten
dit ꝙ ſint habitus. ibi Si ergo
nec affectus. circa primum po-
nit quattuor rationes. quarum
prima talis eſt affectus ergo nō
ſunt nec uirtutes nec uicia. hec
eſt concluſio quam ſic probat:
quia ſecundum affectus non di
cimur boni uel mali. ſecundum
uirtutes autem & uicia dici-
mur. itaq; ſecundum uiriutes boni ſecundum uicia uero mali dicimur. Et quia ſe-
cundum. ponit ſecundam rationem que ſumitur ex laude & uituperio que ſunt que-
dam teſtimonia uirtutis aut uicii. dicit ergo. & eſt etiam alia ratio propter quam affe
ctus non ſunt uirtutes nec uicia. quia ſecundum affectus non laudamur nec uitupe-
ramur. non enim laudatur qui timet nec qui iraſcitur nec uituperatur qui ſimplici-
ter iraſcitur: ſed ille ſolum uituperatur qui iraſcitur certo modo: ſcilicet preter ratio
nem. at ſecundum uirtutes laudamur & uituperamur itaq; laudamur ſecundum uir-
tutes: ſecundum uicia quidem uituperamur. patet igitur ex his in quo potiſſimum a-
riſtoteles differat ab ſtoicis. cum ipē animi affectus nec bonos nec malos nec laudabi-
les nec uituperabiles eſſe dicat: ſed ad utrumq; indifferentes. ſtoici uero dicunt om-
nes huiuſmodi affectus ſimpliciter eſſe malos uicioſos ac uituperahiles. Preterea
iraſcimur. ponit tertiam rationem que ſumitur ex modo agendi. & dicit preterea iraſ
cimur & timemus ſine electione. uirtutes autem ideſt uirtuoſe operationes aut ſunt
electiones quedam aut non ſine electione. ſi enim uirtus ſumatur pro actu uirtutis
quantum ad actum interiorem eſt electio: quantum uero ad exteriorem: non eſt ſine

Potentías autem uoco ſecūdum quas illas
ſuſcipere apti ſumus ueluti ſecundum quas
poſſumꝰ iraſci: aut dolere: aut miſereri. Ha
bitus autem per quos bene uel male ad affec-
tus nos habemus ueluti ad iraſcendum ſi ue-
hementer aut remiſſe male ſi mediocriter be-
ne eodem modo: & circa alía. Affectus er-
go non ſunt neq; uirtutes neq; uicia: quia ſe-
cundum affectus non dicimur boni uel mali.
Secundum uirtutes autem: & uicia dícimur.
Et quia ſecundum affectus non laudamur:
neq; uituperamur. Non enim laudatur qui ti
met: nec qui iraſcitur. Neq; uituperatur qui
ſimplíciter iraſcitur: ſed quí certo modo. At
ſecundum uirtutes: & uicía laudamur & uitu
peramur. Preterea iraſcimur & timemus
ſine electione. Virtutes autem electiones que
dam ſunt uel non ſine electione. Inſuper ſe
cundum affectus moueri dicimur ſecundum
uirtutes: & uicia non moueri ſed certo modo



electione. ſumitur itaq; uirtus hic a philoſopho pro uirtutis operatione. uel dic ꝙ di-
iunctiue loquitur. & ſecunda pars uera eſt. & ſic intelligendo: non opportet exponere
uirtutes ideſt uirtuoſe operationes. Inſuper ſecundum affectus. ponit quartam ra-
tionem que ſumitur ex eſſentia affectus. & dicit inſuper ideſt item ſecūdum affectus
moueri dicimur. hoc autem ideo eſt quia affectus ſunt motus quidam. ſed ſecundum
uirtutes & uicia non moueri ſed certo modo diſpoſitos eſſe. eoq; uirtutes non motus
ſed qualitates eſſe dicuntur. Propter hec etiam. oſtendit ꝙ uirtutes non ſint poten
tie duabus rationibus quarum prima ſumitur ex predictis. & dicit propter hec etiam
ſcilicet quia ſecundum uirtutes & uicia boni uel mali dicimur: atq; laudamur & ui-
tuperamur quia inquam ita eſt ſicut uirtutes & uicia non ſunt affectus: ſic etiam nec
potentie. nam nec boni nec ma
li dicimur ex eo quia poſſumus
ideſt potentes ſumus ſimplici-
ter facere. nec etiam ex eo ꝙ ſu
mus potentes facere laudamur
nec uituperamur. igitur uirtu-
tes & uicia non erunt potentie.
Et preterea. ponit ſecundam
ratōnem. & dicit & preterea po
tentes ſumus natura. hoc ē per
naturam uel a natura. at boni
uel mali natura non ſumus. di-
ximus autem de hoc prius: ſci-
licet in principio huius ſecun-
di libri: ubi oſtenſum eſt uirtu-
tes non ineſſe nobis a natura: ſed uoluntarie ac operum conſuetudine. & ex his pa-
tet ꝙ philoſophus tam in prima quam in ſecunda ratione intelligat de potentiis que
nobis inſunt natura. Si ergo nec affectus. ex prefactis oſtendit uirtutes eſſe habi-
tus. concludit etiam principale propoſitum. ibi Quid igitur. dicit primo ſi ergo uir-
tutes nec ſunt affectus nec potentie: reſtat ſecundum diuiſionem premiſſam ut ſint
habitus. ibi Quid igitur concludit principale intentum dicens quid igitur ſit uirtus
generaliter ideſt ſecundum genus: dictum eſt. ſicut eīm patet ex premiſſis uirtus non
eſt in genere affectus nec potentie ſed habitus. itaq; genus uirtutis eſt habitus. quod
in hoc capitnlo philoſophus concludere intendebat. pro maiori euidentia dictorum
& etiam dicendorum circa animi affectus quattuor occurrunt conſideranda. primo
quid ſit animi affectus. ſecundo quot & qui ſint huiuſmodi affectus. tertio quo modo
inter ſe differant. quarto qui ſint principales. & primo uideamus quid ariſtotelis ex-
poſitores circa hec & eorum nomina ſentiant. deinde ad ſtoicos ueniemus. ariſtotelis
quidem expoſitores qui iuxta traductionem antiquam huiuſmodi animi affectus paſ-
ſiones appellant: ad primum illorum quattuor dicunt ꝙ paſſio ut eorum uerbis uta-
mur eſt motus appetitus ſenſitiui cum quadam tranſmutatione cordis. dicunt eīm ꝙ
in delectatione & his paſſionibns que ad delectationem terminantur cor dilactatur.
conſtringitur uero in triſticia & eis paſſionibus que ad triſticiam terminantur. & po
nitur in hac diffinitione appetitus ſenſitiui ut a uoluntate caueatur. in qua ut dicūt
non niſi equiuoce paſſio reperitur. ad ſecundum dicunt ꝙ animi paſſiones ſunt unde
cim aut duodecim. & ſub his ceteras comprehendunt. ſunt autem hec amor deſideri-
um delectio. odium abominatio triſticia. ſpes deſperatio. audatia timor. ira manſuetu
do. atq; ſub his alie quedam continentur. ut gratia miſericordia uerecūdia nemeſſis
innidia zelus. ad tertium dicunt ꝙ prime ſex paſſiones differunt ab aliis ſex ratione
ſubiecti & obiecti. ſunt eīm prime ſex in appetitu concupiſcibili alie uero ſex in ap-
petitu iraſcibili. differūt etiam ratione obiecti. quoniam prime ſex ſunt reſpectu bo-
ni uel mali abſolute: alie uero ſex dicuntur reſpectu boni uel mali ardui. que autem
ſunt in appetitu concupiſcibili: prime tres differunt ab aliis per hoc ꝙ ille ſunt reſ-
pectu boni alie uero reſpectu mali. reſpectu quidem boni appetitus ſe habet trifari-
am. primo inclinatur in bonum. & talis inclinatio amor dicitur. ſecūdo tendit in bo-

diſpoſitos eſſe. Propter hoc etiam neq; po-
tentie ſunt. Nam neq; boni neq; mali ex eo di-
cimur quia facere poſſumus ſimpliciter neq;
laudamur neq; uituperamur. Et preterea
potentes ſumus natura at boni uel mali natu-
ra non ſumus. Díximus autem de hoc prius.
Si ergo neq; affectus ſunt neq; potantie reſ
tat ut habitus uirtutes ſint. quid igitur uir-
tus ſit generaliter dictum eſt.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

num amatum.& talis tendentia deſiderium appellatur.tertio quieſcit in bono adep-
to.& talis quietudo dilectionem nuncupant.reſpectu etiam mali trifariam ſe habet.
primo qnidem inclinatur in fugam.& hec eſt odium amori oppoſitum. ſecundo ten-
dit in fugã mali.& illa eſt abominatio deſiderio oppoſita.tertio ſi id malũ fugere non
poſſit:dolet.& ille dolor triſtitia dicitur.que delectationi contrariatur.paſſiones ue-
ro iraſcibilis ſic differunt:reſpectu boni futuri quod intendit habere ſpes dicitur. ſi
uero id adipiſci opinatur ſibi nõ eſſe poſſibile:erit deſperatio.reſpectu uero mali fu-
turi:ſi intendit reſiſtere ac ſuperare:eſt audatia.ſi uero credat ſe ſuperari ac uinci: eſt
timor.reſpectu uero mali preſentis ſi in uinditam inſurgat:ira nominatur. ſi autem
ſuccumbat nec de uindita curet:erit manſuetudo.itaq; manſuetudo nõ paſſio: ſed po
tius paſſionis priuatio dicitur.& hac de cauſa diiunctiue dictum eſt ꝙ paſſiones ſunt
undecim aut duodecim.ſi quidem manſuetudo paſſio dicatur:erunt duodecim.ſi ue-
ro nõ dicatur paſſio:erunt paſſiones undecim.reſpectu quidem boni preſentis nõ eſt
in iraſcibili aliqua paſſio.eo ꝙ nullum preſens bonum habet ratioẽ ardui. & ex his
ſatis patet que ſit diffinitio uniuſcuiuſq; predictarum paſſionum.ſunt autem alie q̃-
dam que ſub his continentur.ſicut gratia ſub amore.eſt eĩm gratia cum aliquis ex a-
more beneficium exibet alteri.miſericordia uero zelus nemeſſis & inuidia ſub triſti
tia continentur.eſt eĩm miſericordia cum homo miſeretur alicui iniuria patienti.ze
lus autem eſt cum dolet ſe carere bono aliquo quod alius habet. nõ quidem ꝙ doleat
alium habere:ſed quia ipſemet nõ habeat quod habere potuit.ne meſſis ẽ dolor ac triſ
ticia de malorum proſperitate.inuidia eſt triſticia propter bona alterius que nihil no
ceant inuidenti.uerecundia uero ſub timore ponitur:eſt eĩm uerecundia cum homo
aliquam timet pati dehonorationem. ad quartum dicunt ꝙ animi principales paſſio
nes ſunt delectatio & triſtitia:eo ꝙ cetere ad has terminentur.quod patet inductiue.
ſi eĩm homo conſequatur rem amatam ac deſideratam:delectatur. ſi uero nõ cõſequa
tur:triſtatur.item ſi rem quam ſperat adipiſcatur:gaudet.ſin autem nõ:triſtis efficit̃.
preterea qui odit & abhominatur:ſi malum quod odit & abhominatur poteſt euitare
gaudet.& ſi id nõ poteſt ſubterfugere:triſtatur ac dolet.etiam audens ſi uincat:delec
tatur.ſi autem uincatur:moleſtus efficitur.iratus quoq; uindictam ſumens:delectat̃.
cum uero uindicari nõ poteſt:triſtatur.eodẽq; modo timidus ſi fugiat malum quod ti
mebat.gaudet.ſi autem id ſubterfugere nõ poſſit:triſtatur ac doler. patet itaq; ex his
ꝙ paſſiones iraſcibilis appetitus terminentur in concupiſcibilem. patet etiam ꝙ uir-
tutes eſſe circa delectationes & triſticias per inde eſt:ac ſi dicamus eſſe circa animi paſ
ſiones.ſicut eĩm ex dictis patet cuncte alie in delectatione & triſtitia terminũ habent
hec igitur ſunt que ariſtotelis expoſitores circa animi paſſiones cõmuniter tradunt.
ſtoici uero ab his nõ parunt differentes:longe aliter re ac nomine ſentiunt.diſtingũt
autem ſtoici duas animi partes : ſcilicet rationis participem & rationis in cxpertem.
hoc eſt rationem & appetitum.in ratione quidem dicunt eſſe conſtantiam tranquilli
tatem ac placidam quietem.in appetitu uero dicunt eſſe motus turbidos ac inimicos
rationi.hos itaq; motus appellant animi perturbationes.zeno quidem ſtoicorũ prin-
ceps animi perturbationem ſic diffinit.perturbatio eſt animi cõmotio contra naturã
auerſa a ratione recta.quidam autem eorum ſic diffiniunt:perturbatio animi eſt ap-
petitus uehementior cum longius a nature conſtantia diſceſſeris. patet igitur ex his
ꝙ ſecundnm ſtoicos omnis animi perturbatio eſt ſecundum ſe inordinata ac uicioſa.
& hoc eſt potiſſimum in quo ab ariſtotele differunt:qui animi perturbationes eſſe pu
tat indifferentes.itaq; ſi ſecundum rationem regulentur : erunt bona ac uirtuoſa. ſi
uero preter rationem fiant:uicioſa dicuntur.partes uero perturbationum ſtoici uo-
lunt ex duobus naſci opinatis bonis & ex duobus opinatis malis. & ita quattuor eſſe
dicunt.ex bonis quidem libidinem ac leticiam.ut ſit leticia preſentium bonorum li-
bido futurorum.ex malis ueto metum & egritudinem naſci cenſent.metum ex futu-
ris egritudinem ex preſentibus.in ratione quidem tres dicunt eſſe conſtantias:ſcili-
cet uoluntatem gaudium & cautionem. uoluntas quidem eſt futurorum bonorum.
gaudium uero preſentium.cautio uero eſt reſpectu malorum futurorum. preſẽtis au
tem mali non eſt aliqua conſtantia.quia ut dicunt in ſapientem nihil tale poteſt cade
re de quo doleat.tres itaq; eſſe dicunt conſtantias & quattuor animi perturbariones.
& ſub his quattuor cunctas animi perturbationes comprehendi uolunt. egritudini



quidem ſubiiciuntur inuidentia emulatio obtrectatio miſericordia angor luctus me
ror eruna dolor lamentatio ſolicitudo moleſtia afflictatio deſperatio : & ſiqua ſint a-
lia de eodem genere.hec autem hoc modo diffiniunt:inuidentia eſt egritudo ſuccep-
ta propter res alterius ſecundas que nihil noceant inuidenti. nam ſiquis doleat eius
rebus ſecundis a quo ipſe ledatur:non recte dicitur inuidere. emulatio aut dupplici-
ter quidem & illa dicitur:ut & in laude & in uicio hoc nomẽ ſit.nam & imitatio uir-
tutis emulatio dicitur. ſed ea hoc loco non utimur. eſt eĩm laudis. ut quidem de ea
hic loquimur:emulatio eſt egritudo ſi eo quod quis concupierit alius potiatur : ipſe
careat.obtrectatio autem quam & zelotipiam uocant eſt egtitudo eo ꝙ alter quoq; po
tiatur eo quod ipſe concupierit.miſericordia eſt egritudo ex miſeria alterius iniuria
laborantis.nemo eĩm parricide aut proditoris ſupplicio miſericordia cõmouetur. an
gor eſt egritudo premens.luctus eſt egritudo cx eius qui carus fuerat interitu acerbo
memor eſt egritudo flebilis.erũna eſt egritudo laborioſa.dolor uero eſt egritudo cru
cians.lamentatio eſt egritudo cum ululatu.ſollicitudo eſt egritudo cum cogitatione.
moleſtia eſt egritudo permanens.afflictatio eſt egritudo cum uexatione corporis.deſ
peratio eſt egritudo ſine ulla rerum expectatione meliorum. ſub metu autem ſubiec
ta ſunt hec:pigricia pudor terror timor pauor exanimatio conturbatio formido. &
ea ſic diffiniunt.pigricia eſt metus conſequentis laboris.pudor eſt metus inhonora-
tionis.terror eſt metus concutiens.ex quo fit ut pudorem rubor terrorẽ palor & tre-
mor ac dentium crepitus conſequantur.timor eſt metus mali appropiuquãtis. pauor
eſt metus mentem de loco ſuo mouens.exanimatio eſt metus conſequens & comes pa
uoris.conturbatio eſt metus excutiens cogitata.formido eſt metus permanẽs. uolup-
tati quidem ſubiecta ſunt:maliuolentia lectans malo alieno delectatio iactatio & ſi-
milia.& hec ſic deſcribunt.maliuolentia eſt uoluptas ex malo alterius ſine emolumẽ
to ſuo.delectatio eſt uoluptas ſuauitate auditus animum deliniens. & qualis eſt hec
aurium:tales ſunt oculorum & tactionum & odorationum & ſaporum.que ſunt om-
nes unius generis ad perfundendum animũ tanquã iliquefacte uoluptates. iactio eſt
uoluptas geſtiens & ſe efferens inſolentius.libidini ſubiecta ſunt hec:ira excandecẽ-
tia odium inimicicia diſcordia indigẽtia deſiderium & cetera huiuſmodi.hec aũt ſic
diffiniunt.ira eſt libido pugniendi eum qui uidetur leſiſſe iniuria.excandecentia eſt
ira modo naſcens & modo deſiſtens.odium eſt ira inueterata. inimicicia eſt ira ulciſ-
cendi tempus obſeruans.diſcordia eſt ira acerbior intimo odio & corde concepta.in-
digentia eſt libido inexplebilis.deſiderium eſt libido eius quod nondum aſſit inueni
endi.hec igitur ſunt que de animi perturbatioibus ſtoici ſentiunt. ſed dubitaret hic
aliquis quis iſtorum modorum ariſtoteli magis conueniat.ad hoc dicẽdum ꝙ primus
modus non ſatis conuenit ariſtoteli.preterea eĩm ꝙ illa diſtinctio paſſionum & diſtin
tione appetituũ concupiſcibilis & iraſcibilis nec ratione nec auctoritate ſatis demõſ
tratur.ommitamus etiam ꝙ paſſio delectatio & triſtitia non ſũt nomina uſitata apud
pitiores latinos:& uideamus ſi amor & odiũ apud ariſtotelem in ea inueniantur ſig-
nificatione.in ſecundo quidem rhetoricorum & octauo ethicorum ſic diffiniuntur:
amor eſt bene uele alteri gratia amati.& cum odium amori opponatur:erit odium al
terins maliuolentia.modo planum eſt ꝙ dicere amorem primam appetitus inclinatio
nem in bonum non concordat cum hac de amore ariſtotelica ſententia.ſtoici uero ut
mihi quidem uidetur conueniunt cum ariſtotele ac ab eo differunt. conueniunt eĩm
in nominibus eorumq; ſignificatis.itaq; ariſtoteles actus ſiue motus appetitus nomi
nat eiſdem nominibus cum ſtoicis.differt tamẽ ab eis in hoc:ꝙ ipſe putat huiuſmodi
actus appetitus eſſe nec bonos nec malos:ſed ad utrũq; indifferentes.ſi quidẽ ſecũdũ
rationem regulentur:uirtuoſi dicuntur.ſi uero preter rationem fiant:uicioſi ac ma
li uidentur.ſtoici uero huiuſmodi motus appetitus quos ariſtoteles dicit ad bonũ uel
malũ indifferẽtes:ipſi dicũt eẽ malos ac uicioſos.itaq; de eiſdem rebus aliter ſentit a-
riſtoteles aliterq; ſtoici.nec igitur ſtoicorũ nec etiã ſuorũ comẽtatorum dicta ariſtote
li ie toto ſatis cõuenire queunt.& eſt hic cũ diligẽtia notãdũ:ꝙ ab eis noĩbus quibus
in diſtributionibus in qua attēditur equitas nō quātitatis: ſed rationū: talem inquā proportionem mathematici uocāt geometricam. nam in geometria hoc ē in geometrica proportione contingit totum habere ſe ad aliud totum quod ideſt quam rem uel habitudinē alterū ideſt pars altera habet ad alterā. ſicut enim alicuius quantitatis ad aliā poteſt eſſe ratio dupli: ſic etiā medietatis ad quartam eiuſdem quantitatis preaſſūpte erit quoqꝫ ratio dupli. eodēqꝫ modo dicendū eſt in ratione tripli quadrupli & huiuſmodi. talis itaqꝫ eſt proportio que ī diſtribuendo conſiſtit. nam ibi contingit in ratione eſſe equalē eum qui partem recipit ei qui recipit totum. ut qui ualet quinqꝫ libras & recipit quattuor equalis eſt in ratione ei qui ualet decem libras & recipit octo. utrobiqꝫ enim re comparata ad perſonam cui tribuitur eſt ratio dupli. pro iſtorum intellectu conſiderādum ꝙ iuxta ariſtotelem quinto methaphiſice numerus cōponitur nō ex numeris: ſep ex unitatibus. itaqꝫ quaternarius componitur nō quidem ex duobus binariis nec ex ternario & unitate: ſed ex quattuor tantūmodo unitatibus. eodemqꝫ modo eſſe intellige in ceteris numeris. ex quo patet nō eſſe poſſibile in numeris in eadē ratione partem excedere partem in qua totum excedit totum. cum enim uniuerſorū numerorū partes ſint nō numeri ſed unitates: erit profecto unius ad alteram nō exceſſus ſed equalitas. eſt enim omīs unitas ſecundū ꝙ huiuſmodi omni unitati equalis. patet igitur ex his ꝙ ea proportio que in diſtribuendo conſiſtit debuit dici geometrica & nō arithmetica. quia ſicut dictum eſt inueniri nō poteſt in numeris de quibus eſt ſcientia arithmetica. geometrica igitur dicenda eſt: quoniā eius ſimile eſt in magnitudinibus de quibus ē ſcientia geometrie. Eſt autem. hic dicit hanc proportionem eſſe diſcretam & nō continuam. in hac enim non eſt aliquis unus cōmunis terminus cui aliud & ipē ad aliud ſimul comparetur. conſideratis quidem prefactis proportionibus iuxta quas exiſtit iuſta diſtributio: nulla inuenitur in qua ſit nec eſſe poſſit aliquis terminus cōmunis. & preſertim patet hoc in prima ubi talis ē comparatio inter perſonas: qualis inter res que eis tribuuntur. ſicut enim dicebamus res ipſe eſſe debent equales perſonis. non quidem in quantitate: ſed in quotta. res enim que tribuitur eſſe debet tanta reſpectu patrimonii ciuitatis: q̄ntus ē ipſe qui recepit reſpectu ſocietatis ciuilis. Hoc ergo. hoc concludit huiuſmodi iuſtum habere proportionem. eius uero contrarium carere proportione. & dicit. iuſtum hoc ſcilicet diſtributiuum habet proportionem hoc ē in ꝓportione conſiſtit. eius uero contrarium iniuſtum proportione caret. hoc autem accidit quando unus plus alius recipit minus de rebus que diſtribuuntur. qui enim recipit plus in bonis & minus in malis ac laboribus iniuriatur. qui uero in bonis minus & in malis plus: iniuſta patitur. ſed quia minus malum ad maius comparatum rationem habet boni: abſolute dici poterit illum eſſe iniuſtum qui plus recipit in bonis. illum uero iniuſta pati qui de bonis minus recipit. hoc dicit. ex hac littera notantur aliqua. primo hoc iuſtum per hoc ſolummodo eſſe medium quod habet proportionē. eius uero contrariū iniuſtū per inde eſſe extremū ꝙ proportione caret. & qa in diſtributione nō poteſt quis plus habere niſi alteri auferatur: inde eſt ꝙ ſicut prius dictum eſt equaliter diſtat iuſtum a pluri & minori. ſecundo notatur ex littera hoīes nō paucos eſſe iniuſtos quos hodie tanq̄m ſanctos ueneramur. quot enī hodie boni uiri cre duntur qui ſine merito & cōſciētia de patrimonio tā eccleſiaſtico q̄m ciuili recipiūt: ego quidem unicū duntaxat cognoueram monacū qui propter conſciētiam maxima beneficia recipere recuſabat. tertio notatur diſtributiones que hodie fiunt in noſtris ciuitatibus multifariam eſſe iniuſtas. primo quia fiunt preter proportionē. ſecundo quia nō iuxta dignitatē debitam ſcilicet uirtutem: ſed potius opulentia potentia aut genus attenditur. & quod deterrimū oīum eſt uilliſſimi adulatores ſua doloſa quā apud tirānos exercent adulatione bona cōmunia ſurripiunt. ſed de his ſatis. una igitur ſpecies iuſti talis eſt qualem diximus.



ſit igitur aliud plus aliud minus. Quod & in rebus accidit. Nam qui iniuriā facit plus habet qui uero patirur minus & hoc in bono. In malo aūt cōtra. Nam & in ratione boni uenit minus malum ad maius malum. Eſt enim eligendum magis minus malum: q̄ maius malū Quod autem eligendum id bonum & magis maius. Vna igitur iuſti ſpecies talis eſt.

Eſtat alia que in corrigendo conſiſtit ea ſit in cōmertiis q̄ inuolūtariis. Qđ eſt alterius ſpecici iuſtum q̄ ſuperius. Nā iuſtum illud quod in diſtribuendo conſiſtit. puterum eſt & ſemper iuxta proportionem iam dictam. Etenim ſi ex publico pecunie ſint diſtribuende earum diſtributio per eamdem fiet rationem: ſecundum quam in publicū contributio ſit. Et iniuſtum quod huic iuſto opponit abſqꝫ ꝓportionē ē. At illud iuſtū qđ in cōmertiis cōſiſtit equū quidā eſt: & iniuſtū

eſtat alia. capitulū quartū duas cōtinet partes. ī prima ponit differentiam utriuſqꝫ particularis iuſtitie. in ſecunda oſtendit quomodo ſumatur medium in ea iuſtitia que exiſtit ī corrigēdis comertiis. ibi atqꝫ ut linea. in prima parte primo premittit propoſitum. ſecundo id probat. ibi nam iuſtum. quid autem in prima parte dicat ex his eſt planum. ibi igitur nam iuſtū probat philoſophus ꝙ ea iuſtitia que eſt in cōmertiis differat ab ea que in diſtribuendo conſiſtit. & hoc oſtendit per hoc ꝙ alia diſtributiue & alia cōueniunt iuſtitie cōmutatiue. & primo ponit ea que cōueniunt iuſtitie diſtributiue. ſecundo ea q̄ cōueniunt cōmutatiue ibi ad illud iuſtum. ſententia & etiā littera ex his ſatis ſit plana. ſed ex littera notanda ſunt aliqua. primo ꝙ non quecunqꝫ diſtributio ſpectat ad iuſtitiam diſtributiuam: ſed ea ſolum que eſt publicarum rerum. quod etiam in ante dictis notabatur. & accipitur hic res publica non quidem prout eſt ciuium ordo: ſed eas res hic publicas dicimus que numerantur in patrimonio non quidem unius: ſed ciuitatis totius. nec tamen intendit philoſophus negare in ceteris diſtributionibus iuſtitiam diſtributiuam conſiſtere. hic tamen de ea principaliter intendit que in ciuili diſtributione uerſatur. ſecūdo notatur ꝙ quiſqꝫ tantam portionem de publico patrimonio recipere debet quanta pars ipē fuerit ſocietatis ciuilis. dicit namqꝫ textus & enī ſi ex publico pecunie ſint diſtribuende: earum diſtributio per eandem fiet rationem ſecundum quā in publicum contributio ſit. & iniuſtum quod huic iuſto opponitur abſqꝫ proportione eſt. hoc dicit: unde patens ſit quod notabamus. Deinde cum dicit. At illud iuſtū oſtendit quid conueniat iuſtitie commutatiue. hoc primo. ſecūdo manifeſtat quod dixit per exemplum. ibi nam quando. tertio remouet dubium. ibi dicitur enim. quarto ex dictis duas concluſiones infert. quarum prima attenditur circa iuſtum. ſecūda circa iudicem. prima infertur ibi quāobrem iuſtum. ſecunda ibi ex quo ſit. & per hec uidere poteris iſtorum ſententiam cum littera. ſed circa primam partem eſt notandum ꝙ diſtributiua iuſtitia differentiam perſonarum reſpicit per ſe. cōmutatiua uero per ſe reſpicit rerū eq̄litatē: differentiā quidē pſonarū cōſiderat p accidēs. cōſiderat nāqꝫ interdū perſonarū cōditionē ut per inde poſſit cognoſcere delicti quantitatem. quod

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

menti cõmendabis.Ex hac parte. Quãobrem.duo notantur.primo oĩs contractus eſſe iniquos in quibus aliquis de cõtrahentibus plus recipit q̃m det.iuſtum enĩ ut inquit teſtus mediũ eſt inter plus & minus.unde etiam notatur nulli debere eẽ permiſſum emere ut uendat.qui enim ut uendant emunt .lucrari uolunt.quod iuſtitia non permittit.eſt tamen aduertendum qđ hec documenta ſolummodo locum habent in ea ciuitate que rectiſſima re publica gubernatur.non autem hec locum habere poſſunt in re publica romanorum nec etiam hiſpanorum ubi permiſſum eſt contrahẽtes ſe inuicem decipere citra dimidiam iuſti precii. nec etiam in prefactis rebus publicis caueatur ne aliqui emãt ut carius uẽdant.nec tamen dicimus prefactas leges eſſe iniquas. ſicut eĩm me minimus nos dixiſſe ſunt leges non pauce que in ſe & ſimpliciter ſunt dominice aut populares: reſpectu tamen gentis cui traduntur eſſe poterunt cõuenientes ac iuſte. ſicut enĩ ſũt aliqui filii quos pater familias regere debet non paterno : ſed dominico regimine: ſic eſt etiã in gentibus.ſunt eĩm alique ad quas liberorum principatus eſt iniquus : dominicus uero erit iuſtus. & hoc additum eſt non propter romanos aut hiſpanos ſed ne facile quis crederet uniuerſas leges ac res publicas dominicas aut populares eſſe iniquas.dubitaret aliquis circa p̃dicta utrum iniuſtum faciat homo quandocũq; ſciens plus q̃m ualeat rem uendit.& uideretur quod non. quia ſi ille iniuſtum faceret : & emens pateretut iniuſtum.quod non eſt uerum.ſicut enim ex iam dicendis patebit nemo uoluntarie iniuſtum patitur. ad hoc eſt dicendum ꝙ ſi id fiat ementis uoluntate nec ille facit iniuſtum nec iſte patitur iniuſtum.erit tamen iniuſtum:ſi contra ementis fiat uoluntatem.quod fieri poterit ſi dolo deceptus aut neceſſitate cohatus rem plus quam ualeat emerit.eodemq; modo dicendum uidetur in ceteris uoluntariis contractibus. Atq; ut linea. hic oſtẽdit quomodo ſumatur medium in hac iuſtitia quem corrigendis cõmertiis exiſtit.& primo in rebus eiuſdem generis.ſecundo in rebus diuerſarum artium.ibi eſt & in aliis. tertio tangit originem nominum damni & lucri.ibi tracta ſunt.circa primum tria facit.primo per exemplum manifeſtat propoſitum.ſecundo manifeſtat quoddam qđ di

iniquum.Sed non ſecundũ eam ꝓportionem ſed ſecundũ ariſmeticam.Nihil enim refert utrum bonus a malo abſtulerit:an malus abono.Nec utrum bonus adulterium cõmiſerit: an malus.Sed ad differentiã damni lex reſpicit ſolum:& ut equis utitur:ſi hic iniuriã facit:ille paſſus eſt.Si hic damnũ dedir ille paſſus.Itaq; iniuſtum hoc iniquum exiſtẽs equare conatur lex.Nam quando hic quidem percutit ille uero percutitur.Vel hic occidit ille occiditur.Paſſio & actio ſeorſum inique ſũt. Sed conatur eos per condẽnationẽ equare lucrum auferendo.Dicitur enim & in huiuſmodi rebus lucrum:licet quibuſdã improprium uideatur.Puta illi qui percuſſit & damnũ illi qui percuſſus eſt.Sed quãdo eſtimatur paſſio uocatur illud quidẽ damnũ hoc aũt lucrum. Ita inter plus & minus equũ eſt mediũ:lucrũ aũt & damnũ cõtra.Alterũ plus eſt alterũ minus.Boni quidẽ plus eſt:lucrũ mali aũt minꝰ damnũ uero contra eſt.Inter hec mediũ eſt equũ qđ iuſtũ eſſe dicebamꝰ. Quãobrẽ iuſtum illud quod in corrigendo conſiſtit medium eſt inter damnum & lucrum. Ex quo fit ut quotiens controuerſia exiſtit ad iudicẽ eatur.Ire autem ad iudicem ideſt ire ad ius.Nã iudex quidem eſſe debet ueluti animatum ius & querunt iudicem medium. Et uocant quidam mediatorem quaſi iuſtũ aſſecuturi:ſi medium aſſequãtur Mediũ igitur quidã iuſtum eſt:ſi quidem & iudex medius.Iudex uero ad equalitatem redigit. Atq; ut linea inequaľr



xerat ibi ſi enim.tertio id quod dixit ponit in terminis.ibi eq̃les in quibus.circa primum duo facit.nam primo manifeſtat propoſitum per exẽplum.ſecundo infert ex dictis originẽ nominũ iuſti & iudicis.ibi propterea nominatur. dicit ergo primo ꝙ iudex redigit litigatores ad equalitatẽ per hunc modũ:tanq̃m ſi linea eſſet diuiſa ĩ partes inequales:redigit inquã auferendo ei qui habet plus habenti quam dimidiã & id quod ab eo abſtulit tribuit alteri qui minus habet quã dimidiã. et quando uero totũ diuiditur in duas partes:tunc dicunt homines ĩpos qui contrahunt habere quod ſuũ eſt:et hoc cum quiſq; de contrahentibus equã partẽ acceperit. equũ autẽ hic dicimus quod eſt mediũ inter plus et minus et hoc ſecundũ arithmeticã proportionẽ q̃ attenditur ſecundũ equalitatẽ exceſſus.tale itaq; mediũ eſt quod equaliter excedit minus et exceditur a pluri.ſicut numerus ſenarius que eſt medium inter duo et decem.excedit ei duo in quattuor atq; in totidẽ exceditur a decem. Et propterea. tangit originẽ nominũ iuſti et iudicis.dicens propterea hoc tale mediũ nominatur iuſtum:q tam iuſta ideſt tã prope eſt hinc ideſt ex una parte quã ideſt q̃ntum inde ideſt ex alia parte.dicitur itaq; iuſtum quaſi iuxta utrumq; ſit. & iudex quaſi utriq; aſſiſtat.hoc dicit.quod pro iſtorum nominũ origine menti cõmendabis.ſed pro iſtorum & ſequentiũ maiori intellectu conſiderãdum. primo ꝙ a principio obligationis quiſq; cõtrahentium intelligitur habere equalẽ portionẽ illius linee que ſecundum philoſophũ imaginarie fingitur diuidi.ut ſi ticius a ſempronio aliquid emerit ante quam hinc inde rerũ dominia traducãtur uterq; eorum equam partẽ prefacte linee habere dicitur.ſecundo eſt conſiderandũ ꝙ linea prefacta duplum eſt eius qđ quiſq; contrahentiũ alteri dederit.itaq; id quod unus alteri dat eſt mediũ illius linee.qđ hic iuſtum dicimus.que res ut planior fiat:ponamus caſum ꝙ ticius a ſenpronio emerit rem pro decem aureis que res ualeret tantũmodo ſeptem aureos.in hoc itaq; caſu ſi conſideremus id quod ticius dedit:tota linea continet uiginti.que eſt diuiſa in partes inequales.cum apud ſenproniũ ſint tredecim apud ticiũ uero ſeptem. cum igitur mediũ prefacte linee ſit decem:opportebit a ſempronio auferre tria & dare ea ticio q defraudatus fuerat in tribus aureis.eodemq; modo fieri poterit ſi ex parte ſempronii idem facere uelimus.ſempronius enim dederat ticio pro decem aureis rem que ualebat ſeptem.tota itaq; illa linea continet quatuordecim.quorum decem ſunt apud ſẽpronium & quattuor apud ticium.cum igitur medium prefacte linee ſit ſeptem : debet iudex ſicut prius auferre a ſempronio tria & illa debet tradere ticio.ſi autem quiſq; contrahentium medietatem habeat linee prefacte:tunc iudex neceſſarius non eſt. niſi forte ut ſic eſſe declaret.de quo interdum a litigatoribus uel ab his qui negociis aſſiſtunt dubitatur.hoc igitur philoſophus manifeſtat ibi cum dicit. Si enim duorum.dicens ꝙ ſi duorum equalium ab altero aliquid auferatur & id addatur alteri: iam id cui facta eſt additio alterum a quo fuit ablatum excedit in duobus hoc eſt in duplo eius quod additum eſt.ſi enim fuiſſet ablatum & non additum:illud a quo nihil eſt ablatum excederet id a quo eſt ablatum in eo ſolo quod eſt ablatum. ab altero itaq; equalium aliqua particula ablata & addita alteri:id cui eſt addita excedit totius linee medietatem in eo ſolo quod eſt ablatum.& in eius quidẽ duplo excedit id a quo facta eſt ablatio.cõſideremus igiť lineã cõpoſitã ex duobus eq̃libus medietas itaq; p̃facte linee ẽ mediũ per qđ cognoſcimus qd.i.quantũ ſit auferẽdũ ei qui plus habet. &

diuiſa cui maior pars q̃ dimidia adeſt ei:aufer & minorẽ habenti tradit:& quando totũ ĩ duas partes diuiditur tunc ſuũ habere aiunt: cũ quiſq; equam partẽ accipit.Equum aũt medium eſt inter plus:& minus ſecundũ ariſmeticam proportionẽ. Propterea nominatur iuſtum ꝙ tam hinc q̃ inde utriq; iuſta aſſiſtat.

Si enim duorũ equaliũ ab altero auferatur alteri uero adatur:duobus excidit alium. Nã ſi auferatur quidẽ nec adatur uno dũtaxat excedit.A medio igitur uno ac mediũ uno.Per hoc igitur dinoſcimꝰ:& qd auferẽdũ ſit ab eo qui plus hẽt & quid adẽdũ ſit ei qui minꝰ habet.Quo enim excedit id auferendũ ẽ ei q plꝰ

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

quid.i.quātum ſit adendum ei qui minus habet.ab eo eni qui plus habet id auferēdū
eſt in quo excedit mediū.& id debet apponi minus habēti.& ſic erūt extrema ad eq̄li
tatē redata. Equales in quibus.ponit id qđ dixit in terminis.dicēs ſint tres linee e
quales quarū prīa ſit.aa.ſecūda.bb.tertia.gg.ita ꝙ in extremitatibus prime ſcribanť
a.& ſecūde ſcribātur.b.in extremitatibus uero tertie ponātur.g.atqꝫ ſit ita exēpligra
tia ꝙ earū quelibet ſit triū cubitorū.& linea.bb.maneat in ꝑmutata. & in linea qui-
dē.gg.in fine duorū cubitorū ſcribatur.z.itaqꝫ ex una parte.g.z.ſit q̄ntitas duorum
cubitorū.& ex alia ſit q̄ntitas unius cubiti.ſtāte igitur hoc caſu:a linea.aa.dematur.
a.e.q̄ exēpli gratia ſit q̄ntitas unius cubiti.& illud.a.e.apponatur ei linee q̄ eſt.gg
& totū illud cōpoſitū dicatur.ggd.qđ erit quattuor cubitorū.hoc igitur totum.ggd.

habet. Equales in quibꝰ.a.a.b.b.g.g.ad in
uicē ab.a a.dematur.ae. & adiūgatur.g.g. Id
quod eſt in.gd. Ita totū.d.g.g. excedit.e.a.in
g.d.g.z.Ergo.b.b.eo ꝙ eſt.g.d. Eſt & in a-
liis artibus hoc.Nam interirēt utiqꝫ niſi age-
ret agēs & q̄ntū & quale ac patiēs patetur hoc
& tantū & tale. Tracta ſūt aūt damni & lu
cri nomīa ex uolūtariis cōtractibꝰ Nā habere

excedit.a.e. q̄ fuerat relitū de
linea.aa.ablato.a.e. excedit di-
co in.g.z.et.g.d.excedit itaqꝫ i
duobus cubitis.cum ipā ſit qua
tuor cubitorū & altera ſit duo-
rū.ſed lineā.b b.excedit ſolum
in.gd.hoc eſt in uno cubito ita
ꝙ mediū qđ erat.bb.excedit.a.
e. in uno cubito & exceditur a
toto.ggd.in uno.ſi ergo ad eq̄-
litatē redigere uelis:oportet ad
equalitatē.bb. demere de toto-
ggd.partē.g.d.atqꝫ id apponere
alteri ſcilicet.a.e.& ſic erūt oīa ut prius equalia.ad horū igitur ſimilitudinē iniq̄ re-
digūtur ad equalitatē.linea quidē.bb.eſt ſimilis medio iuſtitie.alia uero fingūtur fu
iſſe portiones linee diuiſe in partes inequales.q̄ per mediū iuſti ad equitatē redigun
tur.& ex his ſatis eſt manifeſtū quomodo in rebus eiuſdē generis ſic accipiendū me-
diū eius iuſtitie q̄ in dirigēdis cōmerciis uerſatur. Eſt eni.oſtendit id q̄ obſeruať
in rebus eiuſdē generis eſſe quoqꝫ obſeruandū in rebus diuerſarū arciū. dicens hoc:
ſcilicet ꝙ quilibet cōtrahētiū debet habere equale eſt etiam uerū in artibus aliis.i.di
uerſis.ut ſi cōtingat agricolā dare frugmentū cerdoni pro calciamento.debet itaqꝫ ſe
cundū eſtimationē uterqꝫ recipere equale.nam interirēt utiqꝫ artes factiue: niſi q̄ntū
& quale agēs.i.dans ageret.i.daret.ac ipē patiēs.i.recipiēs hoc.ſ. tantū & tale pate-
retur.i.reciperet.hoc dicit.notāda ſunt hic aliqua.prīo ꝙ ea q̄ ſuperius ſunt dicta de
modo inueniēdi mediū uidētur eſſe intelligēda in rebus eiuſdē artis.ſ.cum datur fru
mentū pro frumēto.uel calciamentū pro calciamēto.uel domus pro domo.qđ fieri ſo
let q̄ndo res ſūt in diuerſis locis.& in uno loco conuenit uni:& in alio alteri.qđ fre-
quētius praticatū uidemus in beneficiis eccleſiaſticis.hoc totū patet:q̄m dixit hic tex
tus in aliis artibus ubi ſatis expreſſe uidetur ſignificare antedicta eſſe intelligēda in
rebus eiuſdē generis.hoc eſt eiuſdē artis.ſub his etiā cōprehēdi uidētur ea cōmercia
in quibus res datur pro numerata pecunia.ſi tamē res ſint tales q̄ pecunia numerari
poſſint.hoc dico ꝓpter eccleſiaſticas prebēdas in quibus una pro altera licite datur:
nō tamē pro pecunia.ſecūdo notandū ꝙ ut patet ex littere ſentētia agere hic ſumitur
pro dare.& pati pro recipere.qui modus loquēdi magis eſt uſitatus apud grecos quā
apud latinos.ex quibus patet ꝙ ab alio capere nō ſit perfectio.cū pati potius impfec-
tio dicatur. Tracta ſūt.oſtēdit originē nominū damni & lucri.dicēs ꝙ uſus prefac
torū nominū prius fuit in cōmertiis uolūtariis.& preſertim in emptione & uētione
ac in aliis in quibus licentiā lex permiſit.quales forte dicūt campſores & uſurarii.in
his igitur quādo quis plus habet quā a principio habuerat:lucrari dicitur.quādo ue
ro minus habet:dicitur damnari.quando aūt nec plus nec minus habet poſt cōmerti
um quā ante haberet:dicitur nō lucrari quidem nec damnari:ſed tantūmodo habere
dicitur ea que ſua ſunt.& cum iuſtum mediū ſit inter plus & minus:erit quoqꝫ medi-
um inter damnū & lucrū.itaqꝫ uniuerſa comercia ſūt iniuſta in quibus interueniūt
lucrū & damnū.mediū inquā eſt iuſtū lucri & damni quod fit per hoc ꝙ equū habe-
mus prius & poſterius hoc eſt ante & poſt cōmertiū.qđ fit aliq̄ndo uolūtarie ſed ple
rūqꝫ preter noſtrā uoluntatē.& forte hac de cauſa dixit preter uoluntariū.quod fieri



uidemus in his cōmertiis q̄ per iudicē ad equitatē redigūtur.hoc dicit. ex his aliqua
notantur .primo ꝙ nomina dāni & lucri origine & proprie eſſe dicuntur in cōmerti
is uoluntariis :trahūtur tamē ad inuolūtaria cōmertia in quibus poſtq̄m iniuria fue
rit eſtimata:eſſe uidetur lucrū iniuriā & dānum ei qui iniuriā paſſus eſt.ſecundo no
tabis oms fere hodie mercatores eſſe iniuriatores.nam mercatura hodierna eſſe uide
tur ſpecies quedā furti:aut ſi magis placet ſpecies doli & fraudis.& piget me ꝙ mer-
catores nō pudet per fas & nefas quātum poſſunt lucrari.uiuere itaqꝫ de mercatura ē
quodāmodo uiuere de furto uel rapina.itaqꝫ officiū quāto magis lucratiuū tāto dete-
rius.ut ſūt apotecarii medici & huiuſmodi.tertio notabis iudeorū genus hominū eē
peſſimū.cū ommiſſo naturali queſtu:ad uillē ac turpē declinet. ſed dubitaret aliquis

pluſq̄ ſuū:lucrari dicitur.Minus aūt q̄ ab ini
tio damnari ceu in emptione & uenditione ac
in aliis quibuſcūqꝫ licentiā lex permiſit. Quā
do autem nec plus nec minus ſed ipſa per ſeip
ſa fiunt ſua ſe habere dicunt & nec lucrari nec
damnum pati.Itaqꝫ lucri cuiuſdam:ac damni
medium eſt iuſtum. Preter uolūtarium equū
habendo & prius & poſterius.

Ed uidetur aliquibus repaſſū quidam
ſimplr eſſe iuſtū: ut pithagorici dixe-
runt.Diffiniebant enim ſimpliciter iuſtum
eſſe:id quod repaſſum ſit alteri. Verū hoc
nō cōgruit neqꝫ ei iuſto:quod eſt ſecudū leges
neqꝫ ciuili uoco autem ciuile id quod eſt ſocia
bile.Repaſſum nō congruit neqꝫ iuſto quod i
diſtribuendo conſiſtit.Neqꝫ ei quod ad corri-

utrum oḿe lucrū in foro cōſciē
tie ſit reſtituendū.ad hoc eſt di-
cendū ꝙ ſi hoc nō fiat de licen-
tia principis aut ſenatus uel to
tius populi:dubium nō eſt ꝙ ſit
reſtituendum.qua de re ſi ultra
dimidiā iuſti precii quis pro re
aliqua acceperit: dubitandū nō
eſt quim reſtitutio ſit facienda-
citra dimidiā enim iuſti precii
lex romanorū permiſit contra-
hentes ſe adinuicē decipe ſicut
patet codice de reſcindēda uēdi
tione.lege ſecūda & octaua.hec
aūt romanorū & etiā hiſpano-
rū lex fundamentū habet ex eo
ꝙ totū de partibus ſuoqꝫ patri-
monio poteſt ſine iniuria diſpo
nere ſecundū ꝙ ſibi toti conue
nit.Sed cum uniuerſi populi de
um recognoſcāt ſuperiorē: erit
ſatis perplexa queſtio utrū talis
lex potuit iuſte ferri a principe
aut ſenatu uel populo.& cū hoc
apud uniuerſas fere gētes permiſſū eſſe uideamus:erit quippe de iure gentiū ac natu
re.& cū uniuerſe nature precepta adeo ſint:fiet profecto illud deo iubēte aut permit
tente.& ſi dixeris qđ illud nō eſt nature preceptio:ſed potius nature corruptio quod
ariſtoteli ceteriſqꝫ ſapiētibus magis placere uidetur:ſi ita inquā dixeris:patet quid ſit
dicendū.erit itaqꝫ in foro conſciētie oḿe lucrū reſtituendū.qđ ſi uerū eſt:pauci: imo
quā pauciſſimi ſūt qui rectā huius uite ſequātur uiam.ſed de his ſatis. nunc uero de
reliquis explicemus.

Ed uidetur aliquibus.caplm quintū in quo circa predicta tāgit quorūdā opinio
nem.oſtendēs in quo male & in quo bene dixerint.& primo eā ꝓponit. ſecūdo
reprobat.ibi uerum hoc.tertio oſtēdit in quibus & qualibus prefacta opinio ſit uera-
ibi ſed in cōmunibus.dicit prīo ꝙ quibuſdā de numero quorum fuerūt pitagorici ui
detur iuſtū eſſe nihil aliud q̄m repaſſū quoddā.diffiniebāt eniꝫ iuſtū eſſe id qđ repaſſū
alteri ideſt ab altero.hoc dicit.notandū ꝙ his occaſio errādi fuit quia nuper dicebať
cōtrahētes hr̄e equalia prius & poſterius:hoc eſt ante & poſt contractū.ex his itaqꝫ ui
detur ꝙ ſecundū iuſtitiā uniuerſi cōtrahētes id qđ agunt repatiātur. Verum hoc-
improbat prefactā opinionē eiuſqꝫ iuſti diffinitionē. & prīo illorū errorē proponit.
ſecūdo quantū ad id de quo magis eſt dubiū probat illos erraſſe.ibi multifariā enim.
in prima parte ponit tria iuſta quibus dicit nō cōuenire prefactā diffinitionē.& dicit
ſed hoc repaſſū nō congruit: nec ei iuſto qđ eſt ſecundū leges nec ciuili iuſto & uoca
mus hic iuſtū ciuile id qđ eſt ſociabile.i.id quo ciuilis ſocietas cōtinetur atqꝫ ſeruať.
itaqꝫ pro eodē ſumūtur hic iuſtū ſecundū leges & iuſtū ciuile.planū eſt igitur ꝙ ſecū-
dū hoc iuſtū nō cōgruit repaſſū.nam ſiquis opetur ſecundū fortitudinē aut tēperan-



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tiam aut quãuis aliam de uirtutibus:faciet quidẽ iuſte cum ſecundũ legẽ operetur ꝗ
oĩa iubet honeſta:& tamẽ eſt planũ ꝙ ille ip̃e qui ſic iuſte operatur nihil repatitur ab
altero.itẽ eſt manifeſtũ ꝙ repaſſũ nõ cõgruit ei iuſto qđ in diſtribuẽdo cõſiſtit.repaſ-
ſum enĩ dicere uidetur equale in quantitate & ſimile in qualitate. erit itaqꝫ repaſſum
ubi actio & paſſio ſũt eiuſdẽ quãtitatis ſimul & qualitatis.planũ eſt aũt ꝙ in diſtribu
tione nihil tale inuenitur. ſicut enĩ pridẽ dicebamus nõ eſt ibi equale ſecundũ quãti-
tatem:ſed ſecundũ proportionẽ.nec etiã eſt ibi ſimilitudo.cũ honor aut ciuitatis pa-
trimoniũ tribuatur pro ciuiũ dignitate.que dicebatur eſſe libertas potẽtia genus aut
uirtus.hec uero a rebus que diuidũtur longe ſunt diſſimilia.patet igitur ex his ꝙ re
paſſum nõ congruit:nec ei iuſto quod eſt ſecundũ leges.nec etiã ei quod in diſtribuẽ
do conſiſtit.nec repaſſũ quidem
congrnit ei iuſto quod ad corri
gendũ pertinet.quod ſupra in-
comertiis exiſtere dicebamus.li
cet prefacta quidem opinio de
hoc iuſto loqui uidebatur.& iu
ſtum cuiuſdam eorũ qui rada-
mans appellabatur hoc erat : ſi
quis patiatur que fecit: rectum
eſt iudiciũ.hoc dicit.intelligen
da ſunt hic aliqua.primo ꝙ iſte
radamans prout aliqui dicunt

gendũ pertinet.Atqui uolũt quidem hoc dice
re & Rhodamantis iuſtũ.Si patitur quẽ facit
rectũ eſt iudiciũ. Multifariã enĩ diſcordat.
Ceu ſi in magiſtratu cõſtitutus percuſſerit:re
percuti nõ licet.At ſi magiſtratũ quis pcuſſe-
rit:nõ ſolũ repercuſſiẽdus ip̃e eſt: uerũ etiam
ſupplicio afficiẽdus. Inuolũtariũ etiam: &

fuerat iuriſconſultus qui dicebat iudicẽ tunc recte iudicare:quãdo iudicaret iniuriã
tem idem repati quod agebat.ſecundo conſiderandũ ꝙ pħs circa hoc iuſtũ tantũmo-
do inſiſtit ob id quod de hoc ſolo dubiũ erat an ei poſſet congruere repaſſũ. eſt etiam
alia ratio quia de hoc prefacta opinio loqui uidebatur.de hoc itaqꝫ iuſto eſt uidẽdum
utrum ei poſſit congruere repaſſum.& ſi quoquo modo congruat quis ille modus ſit.

Multifariã enim.hic duas adducit rationes quibus oſtendit ꝙ repaſſũ nõ congruat
ei iuſto quod in corrigendis comerciis exiſtit.ſecunda ratio ponitur ibi inuoluntari
um etiã:dicit primo:ꝙ repaſſũ multifariã ideſt in multis diſcordat ab eo iuſto qđ ad
corrigendũ pertinet.ceu ſiquis conſtitutus in magiſtratu ideſt principatu alium per
cuſſerit:nõ licet conſtitutũ in magiſtratu eadem percuſſione repercuti:& ſiquis alius
magiſtratũ percuſſerit:nõ ſolum ip̃e qui percuſſit eſt repercuciendus eadem percuſſi
one:ſed etiam eſt afficiendus ideſt pugniendus aut torquendus ſupplicio.ſ.maximo.
nam hodie quoqꝫ ſecũdũ leges romanorũ & etiã hiſpanorũ qui magiſtratum percute
ret:ex lege iulia mageſtatis bona ſimul cum uita ammitteret.cuius rei cauſa eſt:quia
cum princeps ſit:aut ſupra populũ aut ſaltẽ uniuerſũ repreſentet populũ:qui princi
pem ledit uniuerſũ uidetur ledere populũ.hoc igitur dicit.ſed uidetur contra qđ ſu
pra dicebat:ꝙ lex ſolum reſpecit ad differẽtiam damni. & ut quis utitur ſi hic quidẽ
iniuriã fecit & ille paſſus eſt.& ſi hic damnũ dedit:& ille damnũ paſſus eſt.ad hoc eſt
dicendũ ꝙ iuſtitia que in diſtribuẽdo conſiſtit directe & per ſe reſpecit perſonarũ dif
ferentiã.ea uero iuſtitia que in comerciis corrigẽdis exiſtit per ſe quidẽ reſpecit rerũ
equalitatẽ.ſed tamẽ quia hanc cognoſcere non poteſt:niſi ex differẽtia loci tẽporis &
perſone:quia ita inquã eſt:conſiderat quoqꝫ perſonarũ differẽtiam.quod frequentius
contingit in his cõmerciis que ſũt inuolũtaria.dicamus igitur ꝙ ſiquis principẽ per
cuſſerit:iudex ut equalẽ delicto a pcuciẽte accipiat penã:cõſiderabit principis pſonã
atqꝫ dignitatẽ:in qua ea ꝗ in ſe ẽ parua maxima cẽſetur pcuſſio.pro hoc itaqꝫ paruo ꝙ
in principe maximo cẽſetur damnũ maximum ſupplicinm maximamqꝫ penam dabit
iudici ip̃e percuſſor.quo facto:erit in quantitate ſupplicium equale damno: & dam-
num ſupplicio.quod menti cõmendabis. Inuoluntarium etiam. ponit ſecundã ra-
tionem dicens ꝙ etiam in penis capiendis multum differunt uoluntarium & inuolũ-
tarium.nam qui penitus inuoluntarie fecerit.nulla pena eſt afficiendus. & ſi partim
uoluntarie fecerit:partim quoqꝫ pugnitur.itaqꝫ iniurie quanto uoluntarie tanto gra
uiores atqꝫ maiori ſupplicio caſtigantur.patet igitur ꝙ pro eodem delicto ſiue iniu-
ria ceteris paribus qui uoluntarius peccat grauius pugnitur.non igitur erit iuſtum
idem quod repaſſum.nam ſi eſſet idem:uniuerſi qui ſiue uoluntarie ſiue inuolũtarie

Universidad de Salamanca. BGH



equales irrogarẽt iniurias:equaliter eſſẽt afficiẽdi.qđ ut ex iam dictis patet eſt omino
falſum.ex dictis pħi in hoc loco ſicut ex multis aliis notabis iuſtitiã uerſari nõ ſolũ
circa exteriores opationes ut aliqui dicũt:ſed potius circa interiores uolũtates cõſiſ-
tere uidetur.cũ iuxta interna:externa quoqꝫ ſint remittẽda aut afficiẽda. Sed in cõ
munibus.hec ẽ tertia pars huius capituli:ubi oſtẽdit ĩ quibus & qualibus prefacta o-
pinio ſit uera.& prio intẽtum ꝑponit.ſecũdo id probat.ibi nã in repẽdẽdo.tertio ma
nifeſtat ĩ terminis id qđ dixerat.ibi facit aũt.pro intellectu prime partis cõſiderãdũ:
ꝙ pħs hic ꝑ cõmunes ſocietates cõmerciorũ intelligere uidetur uolũtaria cõmercia.
& preſertim cõmutatioẽs emptioẽs quoqꝫ & uẽditioẽs.in quibus pħs dicit iuſtũ cõti-
nere repaſſũ:nõ quidẽ ſm̃ eq̃litatẽ.i.idẽtitatẽ: ſed potius ſecundum proportõnem.i.

uoluntarium multum differunt. Sed in
communibus ſocietatibus cõmerciorum hu-
iuſmodi iuſtum continet id quod repartitur
ſecundũ proportionẽ & nõ ſecũdũ equalitatẽ.

eſtimationẽ.itaqꝫ iuſtũ qđ in co
mertiis uolũtariis exiſtit conti-
net contrapaſſũ: nõ quidem ſic
ꝙ ſint penitus idem ſed quia re
bus eſtimatis:rei que datur & e
ius rei ꝗ accipitur ad numũ ea-
dẽ exiſtit cõparatio. ut cũ iuſta
eſt cõmutatio : ſi res que datur
ualet gratia exempli numos decẽ:eẽ quoqꝫ res que accipitur ualere debet decẽ.itaqꝫ u
triuſqꝫ rei ad numũ eſt eadẽ cõparatio:cum utrobiqꝫ ſit modus comparatiõis decuple.
patet igitur ꝙ modo aliquo uterqꝫ cõmutantiũ idem repatitur qđ agit. hoc dicit.ſed
uidetur pħm ſibi cõtradicere.dixerat nãqꝫ ſupra eius iuſtitie ꝗ in diſtribuẽdo cõſiſti
mediũ eſſe accipiẽdum ſecũdũ geometricã ꝑportionẽ que in equalitate exiſtit cõpara
tionis.mediũ uero iuſtitie que in comertiis corrigẽdis exſtit dixerat accipiendũ eẽ ſe
cundũ arithmeticã proportionẽ que conſiſtit in equalitate q̃ntitatis. hic aũt uidetur
dicere contrariũ:cum dicat iuſtũ quod in cõmertiis uolũtariis exiſtit cõtinere repaſ-
ſum ſecũdũ proportionẽ & nõ ſecũdũ equalitatẽ.ad hoc aliqui dicunt ꝙ in huiuſmo
di cõmertiis debet eſſe equalitas rei ad rem:& ſic ut dicũt pħs loquebatur ſupra.non
tamẽ ut illi uolũt eſſe debet equalitas actionis & paſſioĩs in quibus iuxta illorũ aſſer
tionem attẽditur ꝑprie repaſſio & ſic dicũt intelligendũ eſſe dictum pħi in hoc loco.
ſed ergo ercle iſtorũ dictũ nõ ſatis intelligo:cum ariſtoteles in capitulo precedẽte &
etiã in hoc eodẽ iuſta finẽ dixerit utrũqꝫ cõmutantiũ debere pati tantũ & tale quãtũ
& quale ageret.itẽ patet hoc q̃a pħs ĩ hac materia accipe uidet agere pro dare:& pati
pro recipe.cõſtat aũt ꝙ dactio & acceptio ĩ cõmertiis eẽ debent equales.erit igitur ſi-
cut & rerũ:ſic etiã actionũ & paſſionũ equalitas.ꝑpter qđ mihi uidetur aliter eẽ dicẽ
dum.pro cuius intellectu ſũt aliq̃ cõſiderãda.prio ꝙ repaſſũ tũc ꝑprie dicitur quãdo
ſũt due actioẽs due quoqꝫ paſſioẽs:& actiones quidẽ adinuicẽ paſſiones quoqꝫ inter ſe
ſũt idẽ ſpecie.ut exẽpli gratia ſi quis alterũ percutiat ab altero quoqꝫ eodẽqꝫ modo re
percutiatur.uel ſiquis domũ aut prebendã talẽ & equalẽ pro tali & eq̃li dederit.itaqꝫ
dactũ & id ꝙ accipitur ſint equalia:nõ ſolũ in eſtimatione pecunie ſed etiã in nature
q̃ntitate atqꝫ etiã qualitate.itaqꝫ ꝑprie repaſſio eſt q̃ndo qđ agitur & patitur.i. qđ da
tur & recipitur ſunt eiuſdẽ q̃ntitatis eiuſdẽqꝫ nature.large quidẽ repaſſũ dici poterit
q̃ndo qđ datur & accipitur ſũt idẽ nõ quidẽ q̃ntitate & qualitate nature:ſed in ualo-
re & eſtimatione.ſecũdo cõſiderandũ ꝙ equale & eq̃litas bifariã accipiũtur.ſ. ꝑprie.
& ſic in ſola q̃ntitate eſſe dicũtur.alio modo large.ſ.pro idẽtitate.& hoc modo a pħo
hic ſumi uidẽtur:cũ dicit iuſtũ cõtinere repaſſũ ſecũdũ ꝑportionẽ & nõ ſecũdũ equa
litatẽ.item eſt notandũ ꝙ ſi aliquorũ ad aliud fuerit eadem uel equalis cõparatio:ip̃a
quoqꝫ inter ſe neceſſario erunt equalia in quantitate.cum igitur rerum que in cõmer
ciis tribuuntur eadem ſit comparatio ad numũ:neceſſario ſicut in comparatione: ſic
etiam in abſoluta quantitate erunt inter ſe idem & equales.dicamus itaqꝫ ex his ad q̃
ſtionẽ ꝙ pħs hic equalitatẽ ſunſit pro nature identitate.repaſſum quoqꝫ nõ ꝑprie ſed
large dicit.ſ.prout id quod agitur & patitur.i.datur & recipitur ſunt idem:nõ quidẽ
in natura ſed in proportione.hoc eſt eſtimatione uel ad numũ comparatione. quo ca
ſu res que tribuũtur in cõmertiis ſũt equales in cõparatione ſimul & quantitate. ita
qꝫ in omni cõmertio concurrunt ſimul hec due equalitates.ſed una quidem per ſe:ea
ſcilicet que eſt rerum equalitas.alia uero eſt per accidens.hec enim ob id queritur ꝙ



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

alia ſine iſta ſcibilis nõ eſt. ex cõparatione enim rerũ ad numũ ſcimus ipſarum equalitatem & inequalitatẽ. cum enĩ talis cõparatio fuerit eadem: ipẽ quoqꝫ res inter ſe q̃ntitate ſunt equales. ſi aũt prefacta cõparatio non fuerit una: res quoqꝫ erũt inequales. ſed de his ſatis. Nam in rependendo. probat propoſitũ. ſecundo ex dictis infert corolariũ. ibi itaqꝫ gratiarũ. dicit primo iuſtũ inquã continet repaſſũ ſecundũ ꝓportionem: nam ciuitas. i. ciuilis ſocietas conſiſtit. i. conſiſtentiã ac germanentiã habet ĩ rependendo. i. per hoc ꝙ ciuibus adinuicẽ fit repenſio: ſecundũ proportionẽ. i. rerũ ualorem aut extimationẽ. hec eſt igitur argumẽtationis ratio. cuius confirmationẽ ſubdit dicens: aut enĩ ciues cum uolunt ſibi adinuicẽ ſecundũ ꝓportionẽ rependi: aut inquam cum hoc uolunt: querunt id quod eſt male. i. iniuſte: & tũc ſocietas ciuilis erit ſeruitus niſi is qui acceperit rependerit ſecundũ proportionẽ hoc ob id eſt manifeſtũ: quia ſolus ſeruus ẽ qui male iniuſte q̃rit repenſionẽ eius rei q̃m dño ſuo adquirit. cum enim ſeruus ſit dñi quidq̃d adquirit: domio ſuo adquirit. itaqꝫ cũ ſeruus nihil poſſideat nihil poterit alteri tribuere pro quo repenſionẽ iuſte querat. immo ſi id querit: iniuſte querit cum ipẽ nihil prius tribuerit. retributio uero tributionẽ fuiſſe ſupponit. aut inquam dicemus ciues id quod eſt iuſte querere cum uolũt ſibi inuicem fieri repenſionẽ ſecundũ proportionẽ ſi ita inquam dicatur & repenſio nõ fiat nec erit quippe retributio. ſocietas uero ciuilis cum ſit nõ dñica nec ſeruilis ſed liberorũ ſine retributione quippe nõ poterit conſiſtere. hoc dicit. intelligenda ſunt hic aliqua. primo ꝙ ſocietas ſine retributione conſiſtere poteſt. ea tamẽ erit nõ liberorũ ſed dñica. ciuilis aũt ſocietas ſicut patet ex tertio polithice eſt quidẽ nõ ſeruorum ſed liberorum ſocietas. erit itaqꝫ contradictio ſi dixerimus ſocietatẽ aliq̃m eẽ ciuilẽ & inter ſocios nõ eſſe retributionẽ. ſi igitur ciuitas conſiſtere debeat: retributionẽ quoqꝫ exiſtere neceſſariũ eſt. ſecundo eſt notandũ ꝙ traductio antiqua in hoc capitulo multifariã mendoſa aut incorrecta reperitur. alicubi enĩ deffectuoſa & alicubi ſuperflua exiſtit in ea nãqꝫ parte uerũ hoc nõ congruit. deffetuoſa inuenitur: deffecit enĩ totum illud uſqꝫ ad eam partem repaſſũ. in hoc uero paragrapho quẽ premanibus habemus ibi cũ dicit. Aut enĩ quod male eſt querũt. addit antiqua traductio & ſi nõ. quod penitus ſuperfluũ eſt. nec ſtare poterit cum phĩ ſententia. hoc aũt hic notãdũ eſſe decreuimus ne aliquis inconſiderate iſtam per antiquiorẽ corrũpat traductionẽ. Itaqꝫ gratiarũ. infert ex dictis corolariũ. dicens cum inter ciues eſſe debeat repenſio ſecundũ ꝓportionẽ inde itaqꝫ eſt aliud quod retribuant nõ habentes ut retributio nõ deſit in prõtu faciunt gratiarum ſacrum. ideſt gratias ſacras. que ideo ſacre dicuntur quia rebus ſacris ſcilicet deo & diuinis ſubſtantiis nõ alia quam gratie exibẽtur. in promptu uero eſſe dicuntur quia nobis nihil tribuendũ promptius exiſtit. hoc enim. ſ. eẽ in prõptu retributionẽ propriũ eſt gratiarũ. concludamus igitur ad propoſitum ꝙ ille q munus contulit eſſe remunerandus. ac ille qui primo ſuſceperit: debet incipere retribuere. & ſi nõ in aliud ſaltem in gratiarum actiones debet ſatisfacere his hominibus q primo ſibi crediderant. hoc dicit. & notabis hic ꝙ ibi cum dicit remunerandus ẽ enĩ illud enim poni uidetur non cauſaliter: ſed replectiue aut forte ponitur pro quidem uel illatiue. Facit autem. exponit in terminis id quod dixit de hac retributione ꝓportionis. & primo in fabro & ſutore: ſecundo dicit idem eſſe in ceteris artibus. ibi eſt autem. pro intellectu prime partis debet quadratum deſcribi. & in ſummis angulis ſcribantur littere. in uno quidem. a. per quod faber intelligitur. in alio uero. b.

Nam in rependendo ſecundũ proportionẽ conſiſtit ciuitas. Aut enĩ quod male ẽ querunt: & ſeruitus uidetur eſſe niſi rependerit. Aut q́d bene: & ſi nõ retributio tollitur. At retributione cõſiſtũt. Itaqꝫ gratiarũ ſacra in promtu faciũt: ut retributio ſit. Hoc enĩ gratiarũ eſt propriũ: remunerãdus eſt enim q numus cõtulit. At rurſus ipẽ incipere debet q ſuſcipit. Facit aũt retributionẽ ſecũdũ ꝓportionẽ per diametrũ cõiunctio. Veluti faber in quo. a. ſutor: in quo. b. domus in quo. c. calceꝰ in quo. d. Oportet ergo accipere fabrum a ſutore ex illius opere: & ipm̃ ſibi tradere de ſuo. Si ergo primũ ſit equũ ſecũdũ ꝓportionẽ poſtea repaſſio fiat: erit quod dicitur. Alias uero nec equum eſt nec conſiſtit. Nihil enim uetat melius eſſe unius opus q̃ alterius. Oportet igitur illa equari. Eſt autẽ hoc & in aliis artibus. Nam interirent utiqꝫ: niſi faceret faciens quantũ & quale ac patiens pateretur hoc & tantum & tale. Nõ enim ex duobꝰ medicis fit ſocietas: ſed ex medico & agricola & omnino aliis & inequalibus. Verũ hec equãda ſũt.



ſignificãs ſutores. inferioribus uero angulis ſcribantur: in uno quidẽ. c. q́d ſit opus fabri. ſ. domus. in alio uero. d. ſignificãs ſutoris opus. ſ. calceũ. faber itaqꝫ ſit generale nomẽ ad uniuerſos opifices. & ſutor ad cũctos qui ex ſutura uiuũt. hoc igitur facto protrahãtur linee diagonales. ſ. a fabro in calceũ & a domo in ſutorẽ. ſi igitur fieri debeat inter fabrũ & ſutorẽ iuſta cõmutatio: opportet ꝙ in angulo. d. tot de calceis apponãtur quot domũ adequare poſſint. ut ſi exẽpli gratia domus ualeat centũ calceos: totidem ſũt apponendi. hac igitur facta adequatiõe: ſi fiat repaſſio erit q́d dicitur. ſ. repenſio aut retributio. alias uero ideſt ſi ante q̃m fiat repaſſio: non fiat huiuſmodi ſecũdum ꝓportionẽ adequatio. ſi id inq̃m nõ fiat: nec equũ eſt nec cõſiſtit. ideſt conſiſtere poteſt ſocietas. ſ. ciuilis. nihil enim eſt q́d uetet opus unius artificis eẽ melius q̃m opus alterius. quod euidens eſt in domo & calceo. ſi ita ꝙ iuſta debeat fieri cõmutatio. opportet ea prius adequari. q́d ſi fiat: cõtinebit iuſtũ hoc repaſſum ſecundũ ꝓportionẽ q́d hic oſtendere erat ꝓpoſitum. hoc dicit. Eſt autem. dicit idem eſſe in ceteris artibus. nã interirent utiqꝫ artes: niſi quantũ & quale agens ideſt dans faceret ideſt daret: ac ipẽ patiens ideſt recipiẽs pateretur ideſt reciperet hoc. ſ. tantũ & tale. confirmatur hoc quia ſocietas ſcilicet ciuilis uel dic ſocietas ideſt ſocialis cõmutatio plerumqꝫ loquendo nõ fit ex ſimilibus. nõ enim fit ex duobus medicis hoc ẽ ex operibus duorum medicorum. nec etiam ex aliis quibuſqꝫ ſimilibus: ſed medico & agricola. atqꝫ ex his quorum opera ſunt omnino diuerſa atqꝫ inequalia. ſi autem iuſta fieri debeat cõmutatio: prius opportet huiuſmodi opera equare. quibus equatis ſi fiat commutatio: quilibet id quod agit repatitur ſecundum proportionem. unde patet iuſtum continere repaſſum ſecundũ proportionem. quod hic concludere intendebamus. ex dicendis quoqꝫ in ſequenti capitulo fiet hoc omnino manifeſtum. eſt autem hic conſiderandum ꝙ in optima republica ipſorum artificum nulla omino commutatio eſſe poterit. tales nãqꝫ iuxta ariſtotelem tertio & ſeptimo polithice in huiuſmodi republica ſunt: non quidem liberi ſed ciues ſed ipſorum ciuium ſerui atqꝫ inſtrumenta. itaqꝫ dicta ariſtotelis in hoc loco uera ſunt nõ quidem ſemper ſed plerunqꝫ. cum fere uniuerſe reſpublice extra optimam ſint rẽpublicam. ſed hoc in polithica opportunius quam hic differendum uidetur. ſecundo notandum ꝙ philoſopus hic per quãtum & quale idem intelligit. eodemqꝫ modo per tantum & tale. itaqꝫ illa coniunctio. et. non copulatiue ſed interpretatiue aut expoſitiue ponitur. ut ſit ſenſus tantum & tale ideſt tam bonum uel tam utile: hoc eſt dicere tanti ualoris uel eſtimationis. eſt etiam hic modus loquendi uſitatiſſimus in noſtra lingua hiſpanica preſertim apud tabeliones qui in contractibus frequentiſſime apponunt petrus aut iohannes uel alius ſimilis obligauit ſeipſum ac bona ſua mobilia ac immobilia reddere martino uel alii ſimili rem talem uel aliam que ſit tanta ac tam bona. ſimili itaqꝫ modo loquendi ariſtoteles in hoc loco uſus eſt.

Quãobrem omĩa quorum eſt permutatio talit eſſe couenit ut quodãmodo cõferri

V amobrem omnia quorum. capitulum ſeſtum de modo quo ſaluatur proportionis forma in commutationibus. & primo facit hoc. ſecundo facit planiora ipſa que dixerat. ibi quod autem. circa primum facit quattuor. primo oſtendit quid ſit id quod menſuret omnia permutabilia. ſecundo quomodo fiat huiuſmodi menſuratio. ibi quam multi enim. tertio concludit omnia permutabilia eſſe uno aliquo metienda. ibi opportet ergo. quarto oſtendit quomodo rebus adequatis fiat repaſſio. ibi erit igitur. dicit ergo primo dictum eſt ꝙ ſi iuſta fieri debeat permutatio: neceſſe eſt



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ualcant. Atq; ob id numus in uſum uenit & q̄ſi mediū̃ factus eſt. nam cūcta metitur. & defectum & exceſſū. Quā multi enī calcei adequant domū uel uictū. oportet igitur quot quē faber ad ſutorē: totidē calceos eē ad domū uel uictū. aliter nō erit permutatio neq; ſocietas Hec igitur niſi equalia quodāmodo ſunt nō erunt. Oportet ergo uno aliquo cuncta metiri ut ſupra diximꝰ hoc eſt ſecundū ueritatē indigētia que oīa cōtinet. Nam ſi nullo indigerēt: uel nō ſimiliter: uel nō erit permutatio uel nō eadē. Sed ueluti ſubſidiū cōmutādarum rerū numus cōpoſitus eſt. Et ob hoc numus uocatur ꝙ nō a natura: ſed a lege que nomos dicitur eſt inductus. Erit igitur repaſſio cum equatio fiet. Quāobrē quod agricola

equare diuerſorū artificium opera que ſunt omnino diuerſa atq; inequalia. ex hoc ita ꝙ duo ſecuntur. primo uniuerſa permutabilia eſſe conferibilia. que eīm nullo modo conferri ualent: nec iuſte permutari poterunt. ſecundo ſequitur prima neceſſitas numi. erat nāq; neceſſaria menſura aliqua: qua menſurarentur permutabilia. talis itaq; menſura dicitur eſſe numus. numus enim cuncta metitur permutabilia. at per hoc ipſorum exceſſum atq; deffectū metiri nō dubitamus. & q̄m iuxta uſitatiſſimū modū loquendi phī omīs menſura dicitur medium: numus quoq; nō incongrue mediū appellabitur. hoc dicit. intelligendū eſt hic ꝙ ſicut ex iam dicēdis patebit rerum permutabilium due ſunt menſure ſcilicet prima & ſecunda. prima nāq; indigētia dicitur. ſecunda uero eſt numus de qua menſura hic primo diſſerimus. Quā multis enī. oſtēdit quomodo fieri debeat huiuſmodi adeq̄tio. & dicit q̄m multi ideſt ualde multi calcei domū aut uictum adequant. cum igitur nobis fuerit propoſitū calceos adequare domum aut uictum: opportebit totidem calceos ad domum aut uictum apponere: quot quidem faber aut agricola ad ſutorem. hoc ē in q̄nto faber aut agricola in labore & ſpenſis excedit ſutorem. itaq; ſi in decuplo fuerit huiuſmodi exceſſus: decem oportebit apponer ecalciamenta. & niſi quidē fiat huiuſmodi adequatio: non erit permutatio. nec ciuilis ſocietas cōſiſtere ualebit. ſi igitur hec eſſe debent: rerū quoq; permutabiliū adequationē eſſe opportebit. hoc dicit. quod ut melius intelligas: conſiderabis tēpus laborem ſimul & impenſas fabri cum unicā domū fabricauerit. tempus quoq; laborē & impenſas ſutoris cum unum par calceorū fecerit. ſecundum itaq; illorum ad hoc exceſſum facile ſcire poteris quot calcei ſint dandi pro una domo. eodemq; modo conſiderabis de agricola & ſutore. ceteriſq; ſimilibus. Oportet ergo. concludit cuncta permutabilia uno aliquo metiri. apperit etiā quid illud ſit quo omnia ſecundū ueritatem menſurentur. & dicit quia omnia permutabilia prius debent adequari quam fiat huiuſmodi permutatio: ergo quia ita inquam eſt: oportet uno aliquo cuncta metiri ut ſupra diximus. & uerbum quidem metiri ſumitur hic a phō in ſignificatione: nō quidem actiua ſed paſſiua. hoc autem quod ſecundū ueritatem omnia continet ideſt metitur eſt indigentia patet hoc: nam ſi homines nullis rebus indigerent: nulla eſſet permutatio. & cum nō ſimiliter indigent: nō eſt inter eos permutatio eadem ideſt equalis. uel dic ꝙ illud eadem refertur ad diuerſas gentes apud quas cum diuerſe ſint indigentie: diuerſe quoq; permutationes. indigentia itaq; ſecundū ueritatem continet omnia. numus autem compoſitus a nobis ē ueluti ī ſubſidium rerum cōmutandarū. ſicut enim traditur primo polithice contingit aliquem alterius rebus indigere alter uero que ipſius ſunt nō indigere: inde itaq; fuit ut numus componeretur pro quo etiam ille qui alterius rebus nō indigeret res ſuas permutaret. & ob hoc numus uocatur: ꝙ nō a natura ſed a lege que grece nomos dicitur eſt inductus. hoc dicit. ex hoc ultimo dicto notabis friuolā eſſe illorum ſententiā qui dicunt numū dici a numa qui ſecundus fuerat romanorū rex. iſte nāq; ut quidam fingunt fuit primus qui numū numerūq; inuenerat. quod forte apud latinos uerum eē potuit. Erit igitur repaſſio. hic ex predictis oſtēdit iuſtum continere repaſſum ſm̄



ad ſutorem id opus ſutoris ad agricole opus. Nec referendū eſt ad proportionis normā: cū permutabuntur Alioquin utrumq; exceſſum habebit alterum extremum. Sed quando ſic habent ipī ſua equales ſunt & cōmunicant. Quod huiuſmodi equalitas ī ipīs fieri poſſit.

Agricola. a. alimenta. c. ſutor. b. opus eius quod equatur. d. Si ita reprehenſio fieri non poſſet: nō foret ſocietas. Quod aūt indigentia ſit id unum quod cōtinet deprehēditur: quaſi non indigeant ad inuicē: uel ambo: uel alter nō fit permutatio. Quod admodum quando eius quod ipē debet quis indiget. Veluti ſi uino indigeant: & triticū exportādum tradant. Opus igitur hoc adequari. Pro futura uero permutatione facienda cum opus fuerit. ſi nunc nihilo indiget: numus quaſi ex ꝓmiſſor quidam nobis eſt. Oportet enī qui hūc affert accipere poſſe: id quo egeat patitur certe hoc idē nō enī ſemper equū ualet Verū tamē uult manere magis. Quāobrem oportet oībus rebus preciū eſſe Nam ſic ꝑmutatio erit ſemp ſi aūt hec erit: & ſocietas erit. Numꝰ ergo tāq̄ mēſuras adeq̄t. Nec eī ſine ꝑmutatiōe ſocietas

proportionē. & primo facit hoc ſecundo id exponit in terminis. ibi agricola. dicit primo facta igitur rerum adequatione: ſi fiat permutatio erit profecto repaſſio ſm̄ ꝓportionē. cum uterq; pernutantiū agat & patiatur idem ſecundū ꝓportionē. i. ſecundum eſtimationē. quāobrem oportet quod agricola ad ſutorē id opus ſutoris ad opus agricole: eſt dicere ꝙ eam cōparationē debet habere opus ſutoris ad opus agricole q̄m habet agricola ad ſutorē. itaq; ſi agricola in labore & impēſis excedit ſutorē in decuplo & opus quoq; ſutoris excedere debet opus agricole in totidē. ut decē opera ſutoris dētur pro uno opere agricole. quod aūt diximus excedere. intellige in numero: nō quidem in ualore uel eſtimatione. ſicut enim ſepe eſt repetitū in eſtimatione eſſe debent equalia atq; eadem. itaq; utriuſq; opus debet eſſe unum & idem in cōparationē ad numū. & hoc eſt qđ phs dicit ꝙ referendū eſt hec cū permutabuntur ad proportionis normā. hoc eſt dicere ꝙ quando permutanť eſſe debent equalia proportiōe hoc eſt eſtimatione uel numi cōparatione. alioquin ſi quādo ꝑmutantur nō eſſent idem ꝓportione: ſequeretur ꝙ alterum extremū haberet utrūq; exceſſum ſcilicet plus in bono & minus ī malo. ſed quando permutantes ipī habent ſua ſic ideſt ſecundū proportionē: equales ſūt. cōmunicant quidē homines in ꝑmutando ob id ꝙ in rebus ꝑmutandis eſſe potuit eq̄litas huiuſmodi ſcilicet ſecundū proportionē hoc dicit. patet igitur ex his ꝙ ſiquis in permutationibus toleret repaſſū ſm̄ proportionē: iuſtum quoq; ſimul cum huiuſmodi repaſſo tolleretur. ibi Agricola. exponit qđ dixit in terminis. qđ ex dictis ut puto ſatis erit tibi manifeſtū. Quod aūt indigētia. facit planiora ea q̄ de menſura dixerat. & prīo oſtēdit quomodo res menſurētur. ſecūdo quomodo mēſurate permutētur. ibi quāobrem. circa primū duo facit. primo oſtēdit indigētiā ſm̄ ueritatē eſſe rerū menſuram. ſecūdo oſtendit quomodo numus aliter q̄m ſupra ſit dictū deſeruiat ī permutatioībus. ibi Pro futura uero. & ut mihi uidetur utriuſq; partis littera cū ſentētia ex his erunt ſatis plana. ex pr̄ia parte notatur ut prius rerū duas eſſe menſuras: ſcilicet indigentiā q̄ ex ſui natura rebus menſurā imponit. alia eſt numus qui nō ex ſe: ſed ex nobis hēt ꝙ ſit rerū mēſura. ſecūdo notatur ex paragrapho ſecundo ꝙ numus duplici neceſſitate fuerit inuentus. primo ut pro futura permutatione eſſet nobis fideiuſſor. ſecundo ut rerum permutabilium eſſet menſura: eoq; rerum ipſarum fieret permutatio. habes etiam ex hac littera ꝙ licet numus plerumq; loquendo magis poſſit durare quam cetera permutabilia: cū hoc tamen ſtat ꝙ ipē quoq; numus ſicut & cetera aliquando diminutionem aliquando corruptionem patitur. quod fieri bifariam contingit. aliquando quidem ex ſe ipō interdum uero ex nobis ipīs. quod quando fit nō pauce nec parue oriuntur inter homines lites atq; diſcordie. Quāobrē. manifeſtat qualiter fiat permutatio. ſecūdo p



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mabilia qdẽ ad amicos. Dictũ ẽ ĩ pte ſupiori de his rebus q̃ ad amicitie cõſeruationẽ & diſſolutionẽ ſpectãt. hic incipit cõſiderare de effectibus amicitieq; opibus. & hoc quartũ capl'm tres habet ptes. ĩ prima oſtendit q̃ ſint huiuſmodi effectus. ĩ ſecũda ibi. Sed erga ſe. oſtendit queadmodũ ſe habeat ſtudioſus circa tales effectus. In tertia ibi Sed uident. idem oſtẽdit de prauo hoĩe. circa primũ duo facit. primo oſtẽdit radicem & originem amabiliũ operũ. itaq; amicorũ opa pceſſiſſe uidenť ex his q̃ circa ſeipm qſq; facere uideť. Secũdo ibi. Poſuerũt eni. ponit numerũ huiuſmodi amabilium quorũ primũ ad benificẽtiã ptinere uideť. ꝙ eſt ut amicus amico bona uelit: & faciat. & hoc ipſius gratia. & uelle bona uere aut talia q̃ ſibi bona putenť. ſecũdo ibi. Vel eũ. ponit ſecundũ qđ ad beniuolentiã ptinere dr̃. ſ. uelle amicũ eſſe & uiuere qđ matres circa filios. & amicorũ nõnulli q amicis ſũt inſenſi facere uidenť. uidemus enim aliquos q poſtea q̃ amico ſunt ĩſenſi cũ amico cõuerſari uerenť. nihilominus amicũ ipm uiuere & eẽ optãt. Tertio ibi. Hi uero. ponit tertiũ amabile. qđ ad cõcordiã ptinet. & hoc iterũ tria ĩ ſe cõtinet. primũ eorũ ẽ amicorũ familiaris cõuerſatio. ſecundũ ẽ ipos eadẽ optare. tertiũ una gaudere & dolere. qđ rurſus mřes circa filios uidemus facere. ultimo ibi. Horũ uero. q̃ſi epilogãdo cõcludit aliquo uel aliqbus pfatorũ amabiliũ diffiniẽdã eẽ amicitiam atq; amicos. Itaq; eos amicos dicũt qbus aliqđ uel aliq̃ pdictorũ ĩeſſe uidemus. Sed erga. hec ẽ ſecũda ps. ubi oſtẽdit queadmodũ uir bonus ſe habeat circa pfata amabilia. & facit tria primo oñdit queadmodũ ſe habeat circa pfata quãtũ ad ſeipm. ſecũdo quãtũ ad alium ibi. Et humanũ. tertio cõfutationẽ ſubiũgit. ibi. Vtrũ aũt. circa primũ tria facit. prio intẽtũ pponit. bono itaq; uiro reſpectu ſui ad ſe pfata amabilia ineſſe uidenť. aliis uero q̃ bonos ſe eẽ putauerint. itaq; ipoſſibile ẽ quẽ de ſeipo gaudere: aut de ſe eẽ cõtẽtũ niſi bonus ſit: aut bonũ ſe eẽ putet. ſecundo ibi. Videť eni. reddit rõnẽ eius rei quã ſecũdo loco diximus. ſ. aliis id cõuenire ĩquãtũ ſe tales putẽt. cã eius ẽ: qa ut ẽ dictũ libro tertio caplo octauo Virtus. & ſtudioſus rerũ agẽdarũ eẽ dicunť mẽſura. ĩ quocũq; genere pfectiſſimũ aliorũ ponit mẽſura. huiuſmodi eẽ uideť ſtudioſus ĩ ſpecie humana. tertio ibi. Hic eni. maĩfeſtat ppoſitũ & primo quãtũ ad benificẽtiã. Circa qđ nõ erit ĩutile meminiſſe duas eẽ animi ptes. ſ. ĩtellectiuũ & ſenſitiuũ. qđ al's ſupra libro prio & ſeptimo polithice irrõnale dr̃. Itẽ cõſiderãdũ phm h̃ tanq̃ principiũ pmittere id qđ ẽ principale ĩ toto eẽ quodãmodo totũ. at p hoc ĩtellectiuũ eẽ dicimus hoĩem totũ: aut maxĩe. uir itaq; bonus ſibi ẽ cõſentaneus. eadẽ. n. cupit ſm totum animũ. ĩ. ſm utrãq; animi ptẽ. Vult ergo ſibi bona & agit. & hoc uere uel talia q̃ ſibi apparẽt bona & hoc ipſius cã. & ꝙ ſibi uelit & agat bona patet bifariã. prio qa boni uiri ẽ ſibi bona uelle & agere. Secũdo qa talia uult & agit q̃ ſint ĩtellectui bona. cũ igiť ĩtellectiuũ ſit totus hõ. uir bonus uult & agit ſibi bona. Secũdo ibi. Et uiuere. oñdit ppoſitũ quãtũ ad beniuolentiã. & pbat illud ex eiſdem fundamentis. primo qa boni oĩno cuiuſq; eſt

Mabilia qdẽ ad amicos & qbꝰ amicitia diffiniť ex his q̃ circa ſeipm qs facit pceſſiſſe uideť. Poſuerũt. n. amicũ eſſe illũ q uult bona & facit uel ea q̃ uidenť bona illiꝰ cã Vel eũ q uult eẽ & uiuere amicũ illiꝰ gr̃a ut accidit mřibꝰ erga filios. ut hi amici q ſũt ĩſenſi. Hi uero eũ q familiari uſu uerſeť & eadẽ optet. & qa una gaudeat atq; doleat. Maxĩe aũt hoc & in mřibꝰ cõtingit. Horũ uero aliquo & amicitiã diffiniunt. Sed erga ſeipm unũ quodq; eoꝝ bono uiro exiſtit. Reliqs uero ſm q tales exiſtimãt eẽ uideť. ut dictũ eſt mẽſura unicuiq; uirtus & ſtudioſus eẽ. Hic. n. ſiipſi cõſentaneus ẽ: & eadẽ cupit ſm totũ animũ & uult ergo ſibi bona & apparentia & agit boni. Eſt eni bono ſtudere ipius cã. Intellectui enim gr̃a q. unuſqſq; eẽ uideť. Viuere uult & ſe-



ſibi bona uelle. eſſe qdẽ uirtuoſi ẽ bonũ & ei bonũ. Secũdo quia unũquodq; uult eſſe id quod ẽ: quod ĩ deo uidemus. nihil ẽ itaq; quod uelit ĩ aliud mutari: etiã ſi ſciret id ĩ quod mutareť uniuerſa hr̃e bona. cũ ergo ĩtellectiuũ ſit fere totus hõ. optabit intellectiuũ eẽ & uiuere. at p hoc ſeipm. ſiqdẽ uellet ſe eẽ ſm ſenſitiuũ: uellet utiq; ſe eſſe id quod nõ ẽ. Tertio ibi. Talis uero. oſtẽdit ppoſitũ quãtũ ad cõcordiã. & primo quantũ ad cõuiuere. itaq; uir bonus ſecũ eſſe ult. ĩ. ſecũ uiuere & cogitare põt & uult. ac libẽter id agit. nã & pteritorũ recordatio ẽ ſibi iocũda: & ſpes futurorũ optima. hec uero pariũt uoluptatẽ. cõtẽplationibus quoq; rerũ pſentiũ mẽte abũdat. totũ eſt oppoſitũ ĩ prauo. at p hoc ſecũ uiuere nec uult nec põt. ſecũdo ibi Et una. idẽ pbat quãtũ ad ĩteriores affectiones. itaq; bonus uir cũ letatur uel dolet: non ſic ſe habet ut prauus q ſm unã animi ptẽ gaudet & ſm aliam dolet. ſed una hoc ẽ ſm utrãq; animi ptem uel dolet uel gaudet. cõcludamus igiť ſingl'a amicabilia exiſtere uiro bono ad ſe ipm. Et humanũ. oſtẽdit pfata cõpetere uirtuoſo quantũ ad amicũ. Et cõmẽdabis mẽti tria aut q̃ttuor q̃ hic ponit. pſertim id amicus ẽ alter ipe. quod ĩtellige uolũtate & affectu. Vel dic ꝙ amicus ẽ alter ĩ ſubſtãtia. & ẽ ipe ĩ q̃litate & cõditiõe cũ utriuſq; uirtutes ſint eedẽ aut ſiles. Vtrũ aũt. hic cõfutat qđ obici poſſet: & eſt qdẽ hec obiectio magis de noĩe q̃ de re. cũ ea p q̃ amicos & amicitiã determinamus prio ſint ad ſeipm atq; amoris excellẽtiã ſui ad ſe primo eẽ dicamus. uñ dici ĩnoleuit amat illũ ut ſeipm. Sed uidenť. hec eſt tertia ps huius capituli. ubi oſtẽdit queadmodũ malus ſe habeat circa amabilia. & facit tria primo intentũ pmittit: quod eſt prauis ad ſe nõ exiſtere prefata amicabilia ſiue amabilia. ſecundo ibi. Nã diſſidẽt. pbat quod poſuit. & primo quãtũ ad benificẽtiã. prauus itaq; ſibi non benefacit. ſecũdo ibi. Qui uero oſtẽdit prauos nõ eſſe ſibi beniuolos: quod pſertim locũ habere uideť ubi multa & grauia cõmiſerint. & nota illud ſeipos ĩterimũt. tertio ibi. Querũtq; ĩprobi. pbat ĩprobos nõ hr̃e ſecũ cõcordiam. & circa hoc facit

ipm ſeruare. Ac maxime illud p qđ ſapit bonũ ẽ eni ſtudioſo eẽ. Vnuſqſq; aũt uult ſibi bona. Factus aũt alius nemo expetit cũcta hr̃e illud qđ fit. Habet. n. & nũc deꝰ bonũ. Aliud qcqd tãdẽ ideſt. Videť aũt qſq; eẽ id qđ ĩtelligit uel maxĩe. Talis uero ſecũ eẽ uult: libẽter eni id agit. Nã & pteritorum recordatio iocũda ẽ: & futurorũ ſpes optima. Hec uero pariũt uoluptatẽ & cõtẽplatiõibus mẽte abũdat. Et una ſecũ maxime dolet ac letať. Semp eni ẽ idẽ iocũdũ & moleſtũ: nec illud aliud ſine penitudine eni ẽ ut ita dicã. Ad ſeipm igiť ſingula horũ exiſtere bonũ & humanũ. Ad amicũ uero ita ſe habere ut ad ſeipm. Eſt eni amicus alter ipe: & amicitia horũ qddã eẽ uideť: & amici qbus hec exiſtũt. Verũ aũt ad ſeipm ſit amicitia: uel non relinquať ad pſens. Videť utiq; ita eſſe amicitia & duo uel plura ex pdictis. & qa excellẽtia amoris illi ſiĺis ẽ q̃ ẽ erga ſeipm. Q̃uis ſint praui. An ergo qa placent ſibiipis & eſtimãt ſe bonos uiros ea pticipes ſunt horũ. Nã eorũ q nimiũ ſunt praui: & ſceleſti hec exiſtũt nemini: qn etiam nec uidenť: fere aũt nec prauis. Nã diſſidẽt ſecũ ipi & alia cupiũt & alia uolũt. Ceu incõtinẽtes qui his q̃ ſibi bona uidenť uoluptaria anteponunt cũ ſint damnoſa. Alij rurſus ppť ſecordiã & pigriciã illa que optima ſibi putãt agere omittũt. Qui uero multa & grauia cõmiſerũt ppť improbitatem odio habenť uitã fugiunt & ſeipos interimũt querũtq; improbi alios cũ quibus uerſentur Seipos uero fugiunt. Nã in mentẽ uenit multorũ ac nephariorũ: & alia huiuſmodi: ſi ſecũ ipſi ſint facere cupiũt. Sed ſi cũ alijs ſint obliuiſcuntur: cũq; nihil habeant quod amari mereatur nullo amore erga ſeipos afficiuntur.



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tria. primo oſtendit eos non ha
bere uite concordiam. ſecundo
ibi. Nec igitur. oſtendit eos nõ
habere concordiam affectionũ.
tertio ibi. Quod ſi nõ. remouet
obiectionem. & hec cum prefa-
tis tibi notanda ac plus q̃ notã-
da puto. Quod ſi ita. hic ter-
tio ĩfert ex prefatis doctrinam
auream. itaqꝫ prauos nec ſibiip̄i
nec aliis amare poterunt: ſed ſi
id fieri contingat: erit pretextu
utilitatis aut uoluptatis.

Eniuolentia uero. deter-
minauerat ſupra de acti-
bus amicicie in genere: dictum
eſt itaqꝫ qui ſint & quibus con-
uenirent. hic incipit tractare de
eis in ſpecie. & primo de beni-
uolẽtia: de qua erit materia iſti-
us capituli. & diuiditur in tres
partes. in prima oſtẽdit beniuo
lentiam non eſſe amicitiam. cir
ca quod primo intentum propo
nit. ſecundo ibi. Nam beniuolẽ
tia. id ex duplici capite probat.
Sed nec amor. probat beniuo
lentiam nõ eſſe amorem. & hoc
facit bifariam. ſecunda ratio po
nitur ibi. Et amor. & iuxta hoc
meminiſſe debes deſiderium eẽ
libidinem eius quod nõdũ aſſit
inueniendi. intentio uero ẽ uo-
luntas ac propoſitum. quorum
neutrum habere uidetur beni-
uolentia. Videtur igitur. hec
ẽ tertia pars iſtius capituli. ubi
oſtendit quemadmodũ beniuo-
lentia ſe habeat ad amicitiam.
circa quod tria facit. primo oſtẽ
dit quod ſit amicitie principiũ.
ſecundo ibi. Non illam. oſtẽdit
cuius amicitie non ſit principi-
um. tertio ibi. Omnino. oſtẽdit
cuius amicitie ſit principium.

Neqꝫ igitur ſecũ ip̄i cõgaudent neqꝫ condo
lent. Eſt enĩ in ſeditiõe eorũ animus: cum iter
dum ꝓpter improbitatẽ doleat: ſi quibuſdam
ſe abſtineat. Interdũ uero letet᷑. Et modo huc
modo illuc rapiatur. Quod ſi nõ poteſt una
dolere & letari. Ac certe pauloport dolet & le-
tatus fuerit: nec eas uoluptates uellet accepiſ-
ſe. Nã penitudine improbi abundant. Non ui
detur improbus ne erga ſe quidem ip̄m aman
ter habere. Propterea quia nihil ẽ ĩ illis quod
amabile ſit. Quod ſi ita ſe habere ualde eſt
miſerũ fugiẽda improbitas ẽ: & ad nitendum
ad ꝓbitatẽ. Sic enĩ & erga ſeip̄m amant᷑ habe-
bit. & alijs amicus eſſe poterit.

Eniuolẽtia uero amicitie ſimilis ẽ. Nõ
tamẽ ẽ amicitia. Nã beniuolẽtia eſt
etiã erga ignotos & latẽs. Amicitia uero non:
ut prius diximus. Sed nec amor. Nõ enim
habet intenſionem neqꝫ deſideriũ. At amorem
iſta ſequunt᷑. Et amor ex conſuetudine fit.
Beniuolẽtia uero repẽte quod euenit circa pu-
giles. Nã beniuoli fiũt illis: & cũ illis una uo-
lunt. Tamen ꝓ illis nihil facerẽt. Vt enim di-
ximus repẽte fiũt beniuoli & leuiter currant.
Videt᷑ igit᷑ principiũ eſſe amicitie quemad
modũ & amoris ea uoluptas que fit ꝑ aſpectũ
Aſpectui enim nõ indulgẽs nemo amat. Sed q̃
aſpectu gaudet nihilo magis amat. Sed quãdo
abſentes deſiderat & preſentiã affectat. Sic igi
tur & amicos eſſe nõ dat᷑ niſi beniuoli fuerint
Sed beniuoli quidẽ nihilo magis amant. uerũ
bona ſolũ uolũt illis qui beniuoli ſunt. Sed ꝓ
illis nullũ ſuſceperẽt negociũ. Itaqꝫ ꝑ tranſla-
tionem diceret quis illam initiũ eſſe amicitie
Inueteratã uero & in conſuetudinem ꝓceden-
tem fieri amicitiam. Non illam que ꝓpter
utilitatem: neqꝫ illam que ꝓpter uoluptatem.
Nõ enim in his fit beniuolẽtia. Nã qui be-
neficiũ accepit: pro hoc beniuolentiam retri-
buit iuſte faciẽs. Qui uero uult aliquã ꝓſperi
tatẽ habere ſpe alicuius cõmodi ab illo conſe-
quẽdi nõ uidet᷑ erga illum beniuolus eſſe. Sed



magis erga ſeip̄m. Vt etiam nec amicus illum
obſeruet ob quandam utilitatem. Omnino
autem beniuolentia fit ex uirtute ac probitate
quando quis honeſtus ac fortis aut quid tale
appareat. ut de pugilibus diximus.

Oncordia quoqꝫ amabile uidet᷑ quapro
pter nõ eſt coopinatio. Hec enĩ & igno
rantibus exiſtere poteſt. Nec qui eiuſdem ſen
tentie ſunt: cõcordes diximus. Ceu eos qui de
celeſtibus idẽ ſentiunt. Non enim pertinet ad
amicitiã talis conſenſio. Verũ ciuitates cõ-
cordes dicimus quando circa publicas utilita
tes idem uolũt & eligunt: atqꝫ agũt ea que pu-
blice decreta ſunt. In rebus igit᷑ agẽdis cõcor-
dant. Et earum in his que ſunt in magnitu
dine: & que poſſunt utriqꝫ exiſtere aut omni-
bus. Veluti ciuitatibus quãdo omnibus uide-
tur magiſtratus eſſe eligendus. aut ſocietatem
ineundam eſſe cũ lacedemonijs. Aut magiſtra
tum gerere pictacum quando & ip̄e uolebat.
Cum uero uterqꝫ idem uult. ut qui ĩ formicis
ſeditionem habent. Non eſt enim cõcordes eẽ
idem ſentire utrũqꝫ quicquid tamen id ſit: ſed
quod eſt in ip̄o. Ceu cum populus & boni uiri
optimates gerere rem publicã uolũt. Sic enim
omnibus fit id quod optant. Videtur autẽ
concordia ciuilis amicitia ut dicitur. Nam cir
ca cõmoda uerſantur. Et circa illa que ꝑtinent
ad uitam. Eſt uero talis concordia in bonis
uiris. Hi & ſecum ip̄i concordant & inter ſe &
in eiſdem. ut ita dicam exiſtentes. Talium enĩ
ſtabiles ſunt uolũtates: nec in alterutrũ fluũt
quemadmodũ euripidus. Volũtqꝫ illa q̃ iuſta
ſunt & utilia hec illi publice expetunt. Im-
probi uero concordes eſſe nõ poſſunt niſi per
parum quemadmodum nec amici plus habe-
re cupientes in his que ſunt utilia. minus aũt
in laboribus & oneribus. Cũqꝫ ſibi quiſqꝫ ue-
lit iſta habere proximus perſcrutatur & prohi
bet quibus nec lectis res publica euertit᷑. Con
tingit uero illis diſcordibus eſſe mutuo ſurgẽ
tibus ſe: & iuſta facere recuſantibus.

Oncordia quoqꝫ. capitulũ
ſextum. de amicorum con
cordia. & facit duo. primo oſtẽ-
dit quid ſit. ſecũdo quemadmo-
dum ſe habeat circa ciuilẽ ami-
citiam. ſecunda ibi. Videtur au
tem. circa primũ facit duo. pri-
mo ponit genus. ſecundo mate-
riam. ibi. Nec qui. & circa hoc
duo facit. primo oſtendit circa
que non ſit. ſecũdo circa que eẽ
dicatur ibi. Verum ciuitates. &
circa hoc duo facit. primo in ge
nere. ſecundo in ſpecie. ibi. Et
earum. & in fine uidetur confu
tare tacitam obiectionẽ. ibi. Cũ
uero. hec ſũt plana. & talia que
per teip̄m poteris intelligere.

Videtur autem. hec ẽ ſecũda
pars. ubi oſtendit quemadmo-
dum ſe habeat concordia ad ci-
uilem amicitiam. & primo hoc.
ſecundo ibi. Eſt uero. oſtendit ĩ
quibus hominibus eẽ poſſit cõ-
cordia. & primo oſtendit locum
habere in bonis. ſecũdo ibi. Im-
probis uero. oſtendit non eẽ cõ
cordiam improbis hominibus.
Et ĩ his breuiter finitur huius
capituli ſententia.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vi beneficia cõtulere. ca-
pitulum ſeptimum de be-
nificentia. circa quod tria facit.
primo ꝓponit id quod circa be
nificentiam accidit. ſecũdo ibi.
Et quaſi. mouet circa hoc ambi-
guitatẽ. tertio ibi. Pleriſq; illa.
ſoluit eam. & primo ponit quo-
rundam rationem apparentem.
ſecundo ibi. Sed naturalior. ex
cludit hanc apparentem ratio-
nem. tertio ibi. Quod in artifi-
cibus. aſſignat ueram rationem
prefati accidẽtis. circa quod q̃t-
tuor aut quinq; ponit rationes.
ſecunda ibi. Preterea cõtuliſſe.
tertia ibi. Iocunda uero. alii di-
cunt hanc non eſſe rationẽ. ſed
hic id probare quod ſuppoſuit.
quod facere dicunt bifariam. ſe
cundo ibi. Et memoria honeſto
rum. quarta ratio ponit̃ ibi. Et
amare. quinta ibi. Preterea qui
cum labore. & hanc rationẽ cõ-
firmat per id quod matres circa
filios facere uidemus. ibi. Ob
hoc. uel dic hoc eſſe ex p̃miſſis
corolarie deductũ. quod ego pu
to menti commendandum: nec
in his plura addimus. ſũt enim
talia que quiſq; per ſe intellige
re poterit ſi modo litteram non
habeat incorreptam.



Vi beneficia cõtulere uident̃ magis di
ligere eos q̄bus collata ſunt q̃ illi q̄ ac-
ceperũt eos qui fecere & quaſi abſurdũ ſit: eiꝰ
ratio querit̃. At pleriſq; illa uidet̃ cauſa ꝙ hi q
dẽ debẽt illis uero debet̃. Vt igit̃ in mutuo q
pecuniã debẽt cupiũt nõ extare illos quibꝰ de-
bent. Quibus uero debet̃ hi de ſalute debitoꝝ
ſoliciti ſunt. Sic qui beneficia contulerũt uo-
lũt extare illos in quibus benefici fuere: & ſic
grates cõſequãtur. Illis uero nulla eſt cura red
dendi. Epicarinus forte inquiet hec ip̃os dice-
re ex malo cõtẽplatos. Sed uidet̃ & id humanũ
Ingrati enim q̃plurimũ ſunt: & magis bene ſu
ſcipere q̃ benefacere appetũt. Sed naturali-
or illa cauſa ẽ: nec ſimilis illi que de mutuanti
bus dicit̃. Nõ enim eſt dilectio circa illos ſed
uolũtas ſalutis gr̃a cõſequẽdi. Sed qui benefi-
cia cõtulerũt amant & diligũt eos qui accepe-
runt. Et ſi nulla in re utiles ſunt: neq; in poſte
rum futuri. Quod & in artificibus euenit.
Omnes eni magis amãt ꝓpriũ opus q̃ ab ope-
re ſi amatũ eẽt ip̃i amarent̃. At maxime id for-
taſſe in poetis cõtingit. Hi eni pluſq; diligunt
poemata ſũt & q̃ſi filios amore ĩcõplectuntur.
Tale quid uidet̃ eorũ qui beneficia contulere.
Quod eni bene accepit opus ẽ ip̃orũ. Id igitur
amãt magis q̃ opus actorẽ. Huius aũt cauſa ẽ
ꝙ eẽ cũctis expetibile eſt atq; amabile. Sumus
aũt in actu. Viuẽdo eni & operãdo. Actu igit̃
auctor operis quodã modo ẽ. Opus itaq; amat
qm̃ & eſſe. Id aũt ẽ naturale. Quod enim & po
tẽtia ẽ potẽtia id actu opꝰ oſtẽdit. Preterea
cõtuliſſe beneficiũ pulchrũ ẽ. Itaq; in eo gau-
det is q cõtulit. Suſcepiſſe uero nõ ẽ pulchrũ
ĩ agẽdo ſed utile. Hoc aũt minꝰ iocũdũ eſt mi-
nuſq; amabile. Iocũda uero ẽ p̃ſentis q̄dem
op̄atio. Futuri aũt ſpes: facti uero memoria io
cũdiſſimũ aũt ſit̃ & amabile quod ẽ ĩ actu. Illi
igit̃ q fecit permanet opꝰ. Nam honeſtas diu-
turna eſt. At illi q accepit utilitas trãſit. Et
memoria honeſtorũ iocũda. Vt iliũ uero non
nimis uel minus. Expectatio aũt contra uidet̃



habere. & amare quidẽ actioni ſimilis ẽ. Ama-
ri uero paſſioni. Qui igit̃ ſuperãt in re agẽda
eos ſequit̃ amare & amabilia. Preterea q̃ cũ
labore fiunt: ea magis diligunt oẽs ceu diuici
as hi qui lucrati ſũt: magis q̃ hi qui acceperũt
At uidet̃ bene ſuſcipere quidẽ eẽ abſq; labore.
& bene facere aũt laborioſũ. Ob hoc & ma-
tres filios magis amãt. Nã laborioſior eſt par-
tus. & magis ſciũt eſſe ſuos. Hoc & his qui be
neficium contulerũt euenire uidetur.

St aũt queſtio: utrũ quis ſeip̃m amare
debet maxime animaliũ quoddã. In
crepãt enim qui ſeip̃os maxime amãt. & quaſi
turpe ſit amatores ſui appellãt. Videturq; ĩ
probus ſui cauſa facere omnia. Er quanto im-
probior ſit: tanto magis incuſant igit̃ ꝙ ip̃e ab
ſe agat. bonus aũt uir ꝓpter honeſtatẽ & quã-
to melior: tanto magis ꝓpter honeſtatẽ & ami
ci gr̃a ſua uero negligit. Ab huiuſmodi uer
bis opera diſcordãt. Nõ immerito aiunt maxi
me amare oportere eũ qui maxime ſit amicus.
Ille uero maxime eſt amicus: qui maxime uult
bona alicui illius gratia & ſi nullus ſciat. Nec
ſunt maxime ſibi ad ſeip̃m. Et reliqua igit̃ oĩa
quibus diffinit̃ amicus. Dictũ ẽ aũt ꝙ ab ipſo
cũcta amabilia & ad alios extẽdit. His quo-
q; ꝓuerbia omnia cõſentiũt ueluti una anima:
& amicorum omnia eſſe cõmunia & equalitas
amicitia & genu cruri ꝓximũ. Hec aũt omnia
ad ſeip̃m maxime exiſtũt. Naxime eni ſibiipſi
quiſq; amicus eſt & ſeip̃m igit̃ amare maxime
oportet. Dubitat̃ autẽ merito quibus opor
tet credere: cũ utriq; habeãt ſuaſionẽ. Forte
igit̃ huiuſmodi ſermones diffigiẽdi ſunt ac de
terminãdi quatenus cõtinẽt ueritatẽ. Si ergo
diſtinguemus queadmodũ amatorẽ ſui utriq;
accipiũt forte erit id manifeſtũ. Alij igitur
in rep̃hẽſionem ducẽtes ſui amatores illos uo-
cãt q ſibiipſis plus tribuunt in pecunijs & ho
noribus & uoluptatibus. Nec eni complures
affectãt atq; illis ut optimis oĩ ſtudio incũbũt
Quapropter ĩ certamẽ illa ueniũt. Qui igitur

St autem queſtio. Poſtea q̃
determinatum eſt de effe-
ctibus amicitie. hic aggreditur
materiam quarundam dubitati
onum. & in hoc ſecundo tracta
tu agit de his dubitationibus q̃
accidunt ex parte amantis. & ĩ
hoc capitulo de his que circa ſe
ip̃m. quod in tres partes diuidi
tur. in prima mouet dubitatio-
nem. in ſecunda ibi. Increpant
enim. oſtendit dubitationem eẽ
rationabilem. al's arguit queſti-
onem ꝑ utraq; parte. & primo
arguit bifariam pro parte nega
tiua. Secunda ratio ponitur ibi
Videtur & improbus. ſecundo
ibi. Ab huiuſmodi. arguit ꝑ par
te affirmatiua. & primo rãtiõe
duplici. quarum ſecunda eſt ibi
Et reliqua igitur. tertio ibi. His
quoq;. inducit pro hac eadẽ par
te quedam prouerbia. & in fine
ibi. Dubitatur. concludit meri-
to dubitatum eẽ primo. For-
te igitur. hec eſt tertia ps huius
capituli. ubi ſoluit prefatam du
bitationem. & primo ponit mo
dũ ſoluendi. itaq; pro huius eui
dentia diſtinguendum eſt ama-
torem ſui. ſecundo ibi. Alii igi
tur. accedit ad ſolutionem ſm̃ p̃
fatum modum. & primo oſtẽdit
quemadmodum cum uituperio
dicat̃ quiſq; ſe amare. circa qđ
duo facit. primo manifeſtat pro
poſitum. ſecundo ibi. Quod ue-
ro. probat id quod dixerat. At
uidebitur. hec eſt ſecunda pars
tertie partis huius capituli. de-
mõſtrato itaq; quemadmodum
cum uituperio dicatur amator
ſui. hic oſtẽdit quemadmodum
hoc fiat cum laude. & facit duo
primo oſtẽdit eſſe alium modũ
a predicto amandi ſeip̃m. ſecun
do ibi. Eos igitur. oſtendit ſm̃
hunc modum amatorem ſui nõ
eſſe uituperabile. in prima par-
te duo facit. primo probat bo-
num uirum eſſe ſui amatorem.
ſecundo ibi. Quapropter. con-
cludit intentum. in prima par-
te facit quattuor. primo inten-
tũ premittit. ſecundo ibi. Quia
pulcherrima. probat id duplici



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ratione. quarũm ſecunda ẽ ibi.
Et inſeruit. Vt autẽ. hic ter-
tio probat quod in hac ratione
ſuppoſuit. ſcilicet hominem eẽ
intellectiuum. & hoc probat tri
fariam. ſecunda ratio ponit̃ ibi.
Et continẽs. tertia ibi. Ac egiſſe
Quod igitur. hic quarto cõclu-
dit quod hic oſtendere propera
bat. Eos igitur. hic oſtẽdit eẽ
amatorem ſui hoc modo nõ eẽ
cum uituperio: immo cum lau-
de. & facit duo. primo propoſi-
tum oſtendit. ſecundo ibi. Ve-
rũ eſt. ab hoc id quod ſupra obi
ciẽdo dicebatur. circa primum
tria facit. primo dicit eos homi
nes recipiendos atq; laudandos
qui circa res preclaras egregie
ſtudent. als̃ oſtendit illum eſſe
laudandum qui ſe ſm̃ rationem
amet. ſecundo ibi. Omnibus
uero. oſtendit talem uirum eſſe
utilẽ ſibi & aliis. tertio ibi Qua
re bonum. ĩfert ex dictis duo co
rolaria. primum ẽ oportunũ eẽ
bonum uirum ſe amare. ibi. At
malum. infert ſecundum quod
eſt huic contrarium: ſcilicet im
portunum eſſe malum ſe amare
Verum eſt. hic excludit ab eo
qui ſe cũ laude amat id quod ſu
pra obiiciebat̃. & facit tria. pri-
mo intentum premittit. ſecun-
do ibi. Magiſq;. manifeſtat ꝓpo
ſitum. primo quantum ad mor-
tem. ſecundo ibi. Et pecunias.
manifeſtat illud quantum ad pe
cunias. tertio. Et circa. manife-
ſtat illud quantum ad honores.
quarto ibi. Quin etiam. manife
ſtat illud quantum ad actiones.

plus habere in illis ꝑgũt cupiditatibus & affe
ctibus: & ei parti anime q̃ rõne caret oĩno ĩſer
uiunt. Tales autẽ ſunt q̃plurimi. Itaq; appella
tio orta ẽ: ab eo quod frequẽter fit: & eſt malũ
Iuſte igit̃ tales culpant̃. Qui uero ſibiipſis ta-
lia tribuẽtes amatores ſui cõſueuerunt uulgo
appellari manifeſtũ ẽ. Nam ſi qs ſtudeat ſemp̄
recta facere ip̃o maxime omnium aut moleſta
aut alia quecũq; a uirtute ꝓficiſcẽtia: & ſemp̄
honeſtũ ꝓ ſe magis uſurpet: nemo hunc culpa
bit neq; uituperabit. At uidebit̃ is magis ſui
amator. Quia pulcherrima ac maxime bona ſi
biipſi tribuit. Et inſeruit principaliſſimo
ſui & in oĩbus illi acqeſcit. Vt autẽ ciuitas
principaliſſimũ maxime uidet̃ eẽ & ceteri oẽs
conuẽtus. Sic & hõ & amator ſui maxime ꝓfe
cto eſt q illud amat: illiq; inſeruit. Et conti
nẽs porro & incõtinẽs dicit̃. In cõtinẽdo men
tẽ uel nõ continẽdo quaſi hoc ſit unuſqſq;. Ac
egiſſe uidet̃ ip̃i & uoluptarie q̃ cũ rõne maxĩe.

Quod igit̃ hoc maxime ẽ unuſqſq; & q bo
nus uir maxime hoc amat nõ ẽ obſcurũ. Qua-
propter amator ſui maxime. In alia ſpecie eẽt
q̃ i illa q̃ rep̃hẽdit̃ tãtũq; differt quãtũ differt
uiuere ſm̃ rationẽ uel ſm̃ ꝑturbationem & cu
pere quod honeſtũ ſit uel quod uideat̃ ꝓdeſſe.

Eos igit̃ q circa p̃claras res egregie ſtudent
oẽs recipiũt & laudãt. Oĩbus uero ad hone
ſtatẽ & ad res p̃claras tendẽtibus cõiter quidẽ
utiq; omniũ aderũt ea que opportuna ſũt. Sin
gulariter autem unicuiq; maxima bona ſiqdẽ
uirtus talis ẽ. Quare bonũ quidem oportet
ſui eſſe amatorẽ. Nã & ſibi ꝓderit agẽdo hone
ſta & aliis utilitates afferet. At malũ non opor
tet. Nã nocebit & ſibi & ꝓximis prauas ſequẽ
do cupiditates. Improbo igitur diſſident illa
q̃ agere oportet & q̃ agit. Oĩs enim mẽs eligit
optimũ ſibi. Bonus aũt mẽti paret. Verũ ẽ
aũt illud de ſtudioſo: & amicorũ gr̃a ip̃m mul
ta facere. & ſi opus ſit ꝓ patria mortem obire.
Abiiciet enim & pecunias & honones & oĩno
oĩa ꝓ qbus hoĩes inter cõcertãt ut honeſtatem



cõſequat̃. Magiſq; uolet breui tp̃e letari ue
hemẽter: q̃ lõgo leuiter & honeſte uitã agere p̄
unũ annũ q̃ multis annis ut cũq; cõtingat. At
rẽ unã honeſtã & magnam q̃ multas & paruas
Obeũtibus aũt mortẽ id forte euenit. Eligũt
ꝓfecto rẽ magnã & p̃clarã ſibi. Et pecunias
utiq; abiicient in quo plura capiẽt amici. Ade
rũt enĩ amico qdẽ pecunie. Sibi aũt honeſtas.
Maius uero bonũ ſibiipſi attribuũt. Et cir-
ca honores & magiſtratus eodẽ mõ. Hec enim
oĩa amico cõcedat. Nã id ſibi honeſtum & lau
dabile. merito itaq; uidet̃ ſtudioſus eſſe oĩbus
p̃ferẽs honeſtatẽ. Quin etiã in rebus agen-
dis qñq; amicũ p̃feret ſibi. Eritq; pulchrius q̃
ſi ip̃emet agat amico cauſam agendi fuiſſe. In
cũctis igitur laudabilibus ſtudioſus uidetur
ſibiipſi plus honeſti tribuere. Sic igitur cõ
uenit ip̃m amatorem eſſe ſui ut dictum ẽ. Sed
ut uulgo dicitur non licet.

Vbitat̃ etiã utrũ beatus ĩdiget amicis:
uel nõ. Nihil amicis opus eẽ aiunt bea
tis & ſufficiẽtibus ſibiipſis adeſſe enĩ ſibi bo-
na. Cũq; ſibi ſufficiãt. Nullo p̃terea indigere.
Amicũ uere quaſi alterũ ſe ea afferre que p̄ ſe-
ip̃m nõ põt. Itaq; cum deus ſibi abũde dederit
quid opus ẽ amicis. Sed uidet̃ abſurdũ. Cũ
oĩa beato tribuãtur amicos nõ tribuere quod
maximũ uidet̃ externorũ bonorũ. Siue ami
ci eſt bene potius facere q̃ ſuſcipere. Et eſt bo-
ni uiri ac uirtutis alios iuuare. Et honeſtius ẽ
benefacere amicis q̃ alienis. Indigebit ſtudio-
ſus quibus benefacere poſſit. Vnde illa ori
tur queſtio. utrum in rebus proſperis uel ad-
uerſis magis opus ſit amicis. utpote indigenti
bus auxilio qui in aduerſis premuntur & in ꝓ
ſperitate conſtitutis quibus cõferre beneficia
poſſint. Sed eſt fortaſſe abſurdum eum qui
ſit ſolus beatum dicere. Nemo enim eligeret
cũcta bona poſſidere ſm̃ ſeipſum. Nam ciuile
eſt homo: & cum aliis uiuere natus. Beato cer-
te hoc exiſtit. Nam habet bona nature. patet
autem quod cum amicis & bonis uiris potius

Sic igitur. Hec eſt tertia pars
ptis ultime iſtius capl'i. ubi epi-
logat. Nec plura addimus.

Vbitatur etiam utrũ. Ca-
pitulum ſecundum ĩ quo
mouet̃ & ſoluit̃ queſtio q̃ ſe te-
net ex parte amantis reſpectu
amici. & facit tria. primo queſti
onem proponit. ſcilicet utrum
beatus indigeat amicis uel non
ſecundo ibi. Nihil enim. arguit
ad utramq; partem. primo p̄ par
te negatiua arguit bifariam. ſe-
cundo ibi. Itaq; cum. Sed uide
tur abſurdũ. hic arguit ad par-
tem affirmatiuã. & hoc facit tri
fariam. ſecundo ibi. Siue amici.
Secunda ratio diuidit̃. quia pri-
mo eam ponit. ſecundo ibi. Vn
de. concludit corolarie aliã du-
bitationem & hanc non hic: ſed
infra proſequet̃. tertio ibi. Sed
fortaſſe. Et nota hic & pluſq̃ no
ta id quod ſubicit. Nam ciuile ẽ
homo &c̃. contra eos qui neſcio
unde infatuati: nõ uerent̃ affir-
mare hominẽ in ſolitudine po-
ſitum. beatum eſſe poſſe.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quid ergo dicũnt. Hic acce-
dit ad ſolutionem prefate que-
ſtionis. & primo oſtendit ĩ quo
ueritatem dixerint. qui dicunt
beatum non indigere amicis. ſe
cundo ibi. At id non eſt uerũ
probat illorum dictum non eſſe
uerum ſimpliciter & primo per
tres rationes morales probat be
atos amicis indigere. ſecũda ra-
tio ponitur ibi. Cenſent uero.
tertia ibi. Et ſane. Et iterum no
tabis quod in ſecunda ratione
ſubiungit. ibi cum dicit. At in
ſolitudine moleſta eſt uita & ce
tera. ubi philoſophus pluſq̃ ma
nifeſte eos reprehẽdit at redar-
guit eos qui unam a ſe fictã be-
atitudinem dicunt in ſolitudi-
ne conſiſtere. hanc itaq; beatitu
dinem ab ariſtotele nuſq̃ habẽt
ſed a ſeipis fingunt.

Aturalibus autem. hic ſe-
cundo per rationem natu
ralẽ oſtendit beatos amicis indi
gere. & primo intentũ p̃mittit.

uiuere uolet. q̃ cũ extraneis & quibuſcũq;. Bea
to igiť opus ẽ amicis. Qui igiť dicunt pri-
mi quatenus ueritatẽ loquunť. An ꝙ multitu
do eos putat amicos qui utiles ſint his autẽ be
atus nequaq̃ indiget cũ ſibi aſſint bona. Nec
certe his q ꝓpter iocũditatẽ ſunt amici. uel ad
modũ parũ. Cũ enĩ iocũda ſit nihil indiget ex
terna uoluptate. Nõ indigens aũt talibus ami
cis nõ uideť amicis indigere. At id nõ ẽ ue-
rũ. Nã dictũ ẽ ab initio ꝙ felicitas ẽ op̃atio q̃-
dã. operatio uero fit ut patet. Ac nõ exiſtit. q-
quedã poſſeſſio. quod ſi felicẽ eẽ ẽ in uiuendo
& operão. boni aũt operatio p ſeip̃am ſtudioſa
ẽ & iocũda ut ab initio diximus. Eſt aũt & pro
priũ delectabiliũ. Contẽplari aũt ꝓximos ua-
lemꝰ q̃ noſip̃os & illorũ actus q̃ noſtros. Actꝰ
uero ſtudioſorũ qui amici ſunt iocũdi ſũt bo-
nis. Vtriq; enĩ habẽt ea que ſunt iocunda natu
ra. Beatus ꝑfecto talibus amicis indigebit ſiq
dẽ contẽplari eliget actus iocũdos & ꝓprios.
Tales ſunt actus boni uiri amici. Cẽſent ue
ro oportere iocunde uiuere beatũ. At in ſolitu
dine moleſta ẽ uita. Nõ enĩ facile ſm ſeip̃m cõ
tinuo operari cum alijs uero & ad alios facile.

Erit igitur operatio magis continua iocun
da exiſtens per ſeip̃am quod oportet beato ad-
eſſe. Studioſus enim qua ſtudioſus eſt actibꝰ
gaudet qui a uirtute proficiſcũtur. Qui uero
a uicio eos graue fert quemadmodũ muſicus
eleganti cãtu letatur. Abſurdo autem offendi-
tur. Et eſt ſane uirtutis exercitatio quedam
cõuerſari cum bonis. ut theognius inquit.

Aturalibꝰ aũt cõſiderãtibꝰ apparet ſtu-
dioſũ amicũ ei q ſtudioſus ſit natura
eẽ expetẽdũ. Nã dictũ ẽ ꝙ natura bonũ ſtudi-
oſo p ſeip̃m bonũ ẽ ac iocundũ. Viuere autem
diffiniunt animalibus qdẽ potẽtia ſenſus. Ho
minibus uero ſenſus uel intellectus. Potentia
uero ad operationem referť. Sed principale in
operatione eſt Videť autem uiuere principali
ter eſſe ſentire uel intelligere. Viuere aũt p
ſeip̃m bonum ac iocundũ determinatũ enim.



Determinatũ uero bonũ natura. Quod autem
natura bonũ ẽ & bono uiro. Quapropter uide
tur omnibus eſſe iocundũ. Nec uero accipere
oportet prauã uitũ: neq; corruptã neq; in do-
loribus poſitam. Nam ea indeterminata eſt ut
& illa que ſibi inſunt. ſed in ſequentibus circa
dolores erit manifeſtius. Quod ſi eſſe & uiue-
re eſt bonũ & iocũdũ conſtat & ex eo quia oẽs
illud appetũt & maxime boni uiri atq; beati.
His enim uita maxime expetẽda eſt & eorum
beatiſſima uita. Videns autẽ ꝙ uidet ſentit
& audiens quod audit & ambulãs quod ambu
lat & in alijs ſimiliter eſt aliquid id quod ſen-
titur quia operamur. Sentimus uero quia ſen
timus: & intelligimus quia intelligimus. hoc
aũt quod ſentimus aut intelligimus: quia ſu-
mus. Nam tale erat ſentire aut intelligere. Sẽ-
tire aũt ſe uiuere per ſeip̃m iocũdũ eſt. Nã na-
tura bonũ eſt uita. Sentire uero qđ ſibi bonũ
adſit iocundũ eſt. Expetendũ eſt autẽ uiuere &
maxime bonis quia eſſe illis bonũ ẽ & iocũdũ
Sentiẽtes enĩ bonũ p ſeip̃m letanť. Vt autẽ
ſtudioſus erga ſeip̃m habet ita & erga amicũ.
Nã amicus ẽ alter ip̃e. Vt igiť eẽ ſe iocũdũ eſt
cuiq; ſic & amicũ aut ꝓpe eſſe aũt erat expetẽ-
dum ꝓpter ſenſum ſui boni exiſtẽtis. Talis ue
ro ſenſus p ſeip̃m iocũdus eſt. Conſentire igiť
oportet & amicũ quia ſit hoc autẽ in uſu ac ſo
cietate uerborũ & uolũtatis. Nã ſic dicuntur
homines ſimul uiuere non quemadmodum ĩ
pecudibus ſi ſimul paſcantur. Ergo ſi beato ex
petẽdum eſt uiuere per ſeipſum bonũ natura
exiſtens & iocundum. Amici autem proximũ
eſt & amicus certe expetendorum eſſet. Quod
autem eſt ſibi expetẽdum id oportet illi exiſte
re uel hac deficiens erit. Indigebit ergo qui fe
lix futurus ſit ſtudioſis amicis.

N igiť q̃plurimi nobis parãdi ſũt ami-
ci. Vel queãdmodũ in hoſpitalitate ele
gãter dr̃ neq; mľtos habẽdos eẽ hoſpites: neq;
ſine hoſpitibꝰ eẽ. Sic & ĩ amicitia nec ſine ami
cis eẽ oportet neq; rurſus mľtitudinem amico

ſecundo ibi. Nam dictum proſe
quitur. & quid ſit expetibile be
ato reſpectu ſui. ſecũdo ibi. Vt
autem. oſtendit quid ſit ei expe-
tibile reſpectu amici. circa pri-
mũ tria facit. primo probat eſſe
& uiuere eſſe uirtuoſo expeten
dum. ſecundo ibi. Quod ſi eſſe.
infert ex dictis corolarium. ter-
tio ibi. Videns autem. oſtendit
ſentire ſe uiuere eſſe expetẽdũ
uirtuoſo atq; beato. Vt autẽ.
oſtendit quid beatus expetat re
ſpectu amici. & primo facit hoc
ſecundo ibi. Hoc autem. oſten-
dit quemadmodum poterit ami
cus ſentire ſuum amicum uiue
re. tertio ibi. Ergo ſi beato. con-
cludit intẽtũ principale. eiuſq;
probationem reſumit. & hec tã
ta de queſtione prefata.

a

N igitur q̃plurimi no-
bis. tractatus tertius de
quibuſdã queſtionibus
ex parte amatorum emergenti-
bus tria continet capitula. ĩ pri
mo de amicorũ multitudine du
bitatur. ĩ ſecũdo de neceſſitate-
ĩ tertio de eorũ uſu atq; cõuictu
in primo duo facit. primo que-
ſtionem p̃mittit. eãq; per ſimil

e

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

manifeſtat. ſecundo ibi. His
porro. ſoluit prefatam dubitati
onem. & primo quãtum ad ami
citiam utilem oſtendit non eſſe
nobis opus q̃plures habere ami
cos. ſecundo ibi. Ad uoluptatẽ
quoq;. oſtendit idem eſſe dicen-
dum de amicis iocundis. tertio
ibi. Studioſus uero. ſoluit pre-
fatam dubitationem quantum
ad ſtudioſam amicitiam. & pri-
mo dubitationem reſumit. eãq;
per aliud ſimile manifeſtat. ſe-
cundo ibi. Et amicorum igi-
tur. ſoluit prefatam dubitatio-
nem. & facit tria. primo per ra-
tionem oſtendit non eſſe conue
niens nec poſſibile plures habe
re amicos. ſecundo ibi. Sic autẽ
idem probat ex experientia. ter
tio ibi. Ciuiliter igitur. oſten-
dit que ſit illa amicitia in q̃ con
ueniat & ſit poſſibile q̃ plures
habere amicos. itaq; in ciuitate
quemadmodum poterit quis cũ
pluribus ad modum concordiã
habere ſic & ciuilem amicitiam
Circa primum facit duo. primo
trifariam probat non eſſe cõue-
niens nec poſſibile plures habe
re amicos ſm perfectam amici-
tiam. ſecunda ratio ponitur ibi
Preterea illos. tertia ibi. Diffici
le etiam. ſecundo ibi. Forſan
igitur. concludit intentũ cuius
aliam nouam rationem uidetur
addere. & hec de hac dubitatio-
ne dicta ſint.

rum exceſſiuam habere. His porro qui uti-
litati ſtudent nimis uideretur id dictum con-
uenire. Nam multis uiceuerſa inſeruire labo-
rioſum eſt. Neq; illis ad hoc agendũ uita ſuffi
ceret. Multitudo itaq; illa que ad uitam perti-
nent ualde moleſtãt atq; impedimẽto ſunt ad
bene uiuendum. Non ergo opus eſt illis. Ad
uoluptatem quoq; ſufficiũt pauci quemadmo
dũ in epulis id quod gratiam habet. Studi-
oſuſq; uero utrum q̃ plures habere oportet. an
eſt aliquis terminus multitudinis amicorum
quemadmodum ciuitatis: neq; enim ex decem
hominibus ciuitas conſtitui poteſt: neq; es de
cies centenis milibus amplius ciuitas foret.
Quantum uero nõ eſt forte unum aliquid: ſed
totum id quod eſt mediũ quorũdam termino
rũ. Et amicorum igitur eſt terminata mul-
titudo: & fortaſſe cum q̃ pluribus quis uiuere
poteſt. Hoc enim precipuum amicorum uide
tur eſſe. Quod autem nõ poteſt quis ſe impar-
tiri multis & una cũ illis uiuere nõ eſt obſcu-
rum. Preterea illos oportet eſſe amicos qui de
beant oẽs ſimul quotidiano uſu uerſari. Hoc
autem difficile ẽ in multitudine. Difficile au-
tem ut multi una letentur & doleant. Accidat
enim oportet: ut ſimul alter doleat: alter letet᷑

Forſan igitur bene eſt non querere amicos
q̃plurimos: ſed quod ad uitam ſufficiunt. Vi-
detur enim fieri non poſſe ut in illis uehemen
ter quis ſit amicus. Itaq; nec plures amare: ex-
ceſſus enim quidem uult eſſe amicitie. Hic au
tem ad unum eſt & uehementer igitur ad pau
cos. Sic autem uidetur & in rebus ſe habe-
re. Nõ fiũt enĩ amici plures ſm ſodaliciã ami-
citiã: & q̃ famoſe ſunt in duobus dicunt᷑. Qui
uero multos parãt amicos: & oĩbus familiari-
ter ſe prebent nullius uident᷑ amici niſi ciuili
ter hi quos uocãt placẽtes. Ciuiliter igit᷑ eſt
multis eẽ amicũ etiã ſi nõ ſit placẽs. Sed uere
bonus & humanus uir. Per uirtutẽ aũt & pro
pter ſeipſos nõ ẽ ad plures. bene agit᷑ agi putan
dum eſt ſi uel pauci tales reperiant᷑.



Ed utrũ ĩ reb⁹ aduerſis magis opus eſt
amicis an ĩ pſperis. In utriſq; enĩ que-
runt᷑. Nã & q ĩ aduerſis ſũt indigẽt auxilio. Et
q ĩ pſperis ĩdigẽt his q ſil᷑ uiuãt & qb⁹ benefi
ci eẽ poſſunt. Volũt. n. benefacere. At enim
magis neceſſariũ ẽ ĩ aduerſis. Quapropt᷑ utili-
bus indigẽt. Honeſti⁹ uero ĩ pſperis. Quapro
pter bonos & humanos q̃rũt. Nã his bñfacere
& cũ his uiuere magis expetẽdũ. Eſt. n. exi-
ſtẽtia amicorũ iocunda in pſperis & aduerſis.

Nã & releuant᷑ afflicti amicis condolẽtib⁹

Itaq; dubitaret fortaſſe aliqs utrũ tanq̃ on⁹
ſil᷑ ſuſcipiãt. Vel id qdẽ nõ: ſed qa eorũ pſentia
iocũda ẽ. Et qa ſil᷑ dolere intelligunt᷑ amici do
lor minuat᷑. Sed utrum ppt᷑ hoc uel ppt᷑ aliud
qddã releuant᷑ dimittam⁹. Cõſtat certe eueni-
re id qd᷑ dictũ ẽ. Videt᷑ aũt eorũ pſentia mi-
xta q̃dã eẽ. Nã & aſpect⁹ ipſe amicorũ dulcis ẽ
pſertim ĩ rebus aduerſis & plurimũ ualent ad
uerſus dolorẽ. Afferũt. n. ſolaciũ & aſpectu &
ſermone ſi modo ſit aptus. Nouit enim amici
naturã & quibus gaudeat quiſq; angatur. Sen
tire autem condolentem in ſuis aduerſitatib⁹
doloroſum eſt. Omnes enim fugiunt ne cauſa
doloris ſint amicis. Quapropter qui natu-
ra uiriles ſunt cauent ne amicos ſimul condo
lere conficiant & ſi non excedit in dolentia il-
lorum dolorem non tollerat. Nec conqueren-
tium uoces ſuſtinet: quia nec ipſe querulus ẽ.
Mulieres uero ac huiuſmodi homines condo-
lentibus gaudent. Et qui hoc agunt amant ut
amicos imitari oportet in omnibus meliorem

In rebus proſperis amicorum preſentia eſt
iocunda: mentem delectat quoniam illius bo-
nis letatur. Quapropter uideretur oportere
ĩ pſperitatibus quidẽ prompte cõuocare ami-
cos cũ honeſtũ ſit benefacere. In aduerſita-
tibus aũt tarde. Nã malorum decet q̃ minime
eos participes facere. Vnde illud dictum extat
Satis ẽ q ipẽ calamitatibus premor Potiſſi
me tñ uocãdi ſũt amici quotiẽs nobis magna
cõmoda cũ pua ipõrũ moleſtia poſſint afferre

Ed utrum. capitulũ ſecun
dum de amicorũ neceſſi-
tate. & facit tria. primo queſtio
nem pponit: rationẽq; dubitan
di. ſecundo ibi. Ad enim: ſoluit
prefatam dubitationem. oſten-
dens q hr̃e amicos ſit magis ne
ceſſarium in infortunio: ſed ho
neſtius in eufortunio. & primo
ponit dubitationis ſolutionem
ſecundo ibi. Eſt enim. probat q
in prefata ſolutiõe ſupponebat
ſcilicet ĩ utraq; fortuna eẽ opus
amicis. & primo premittit rati-
onem. ſecundo ibi. Nam rele
uantur. ponit rationis cõfirma
tionem. & primo quantum ad ĩ
fortunia. ſecundo ibi. In rebus
proſperis. quantum ad eufortu
nia ſiue proſperam fortunam.
tertio ibi. Quapropter uidetur
ĩfert ex dictis quedam moralia
documenta. circa primum facit
tria. primo manifeſtat ppoſitũ.
dicens amicorũ preſentiam eſſe
iocundã in aduerſa fortuna. ob
id quia afflicti alleuiantur ami
cis condolentibus. ſecundo ibi.
Itaq; dubitaret. tangit ſub du
bio duas rationes huius alleuia
tionis. quarũ ſecunda uel id qui
dem. & hec uidet᷑ probabilior q̃
prima. tertio ibi. Videtur au
tem. oſtendit preſentiam amico
rum condolentium habere ad-
mixtam dolentiam. & hoc pri-
mo. ſecundo ibi. Quapropter q
infert ex dictis corolarium: q ĩ
hac materia ẽ ſatis notabile. In
rebus. hic ut predictum eſt po-
nit rationis confirmationẽ quã
tum ad fortunam proſperam. &
in his complementum habet to
ta rationis confirmatio. Qua-
propter uidetur. hic ut dictum
eſt infert ex dictis quedam do-
cumenta moralia. & primo tan-
git tria documẽta q̃ nos inſtru-
unt ĩ amicorũ cõuocatiõe. quo-
rũ ſecundũ ponit᷑ ibi. In aduer-
ſitatibus. tertiũ ibi. Potiſſime.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sed ire. hic ſecundo tāgit alia tria documenta que nos inſtruunt cū ad amicos ire debeamus non uocati. quorum ſecundum ponitur ibi. In proſperitatibus tertium ibi. Ad beneficia. Et ex his ut puto ſatis ītelligi hec poterunt.

N ergo. capitulum tertiū pertractatis queſtionibus de amicorum multitudine; eorumq̄ neceſſitate: hic inquirit de amicorum conuictu. uel 'al's quid amicis dicatur maxime expetendum. & primo interrogādo premittit ueritatem. Querit igitur an quemadmodum eorū q ſe amant amore uenereo aſpectus maxime expetitur: ſic & ſimul uiuere maxime ſit expetendum amicis. quaſi dicat. dubiū nō eſt ꝙ amicis ſimul uiuere ſit maxime expetendum quemadmodum aſpectus his qui ſe mutuo amore uenereo amant. ſecūdo ibi. Nam & amicitia. probat propoſitum. & hoc trifariam. ſecunda ibi. Et ut ad ſe. tertia ibi Et ꝙ tandē. & accipitur hec ratio ex his que fieri uidemus. tertio ibi. Eſt igitur. infert ex dictis duo corolaria. quorum primum pertinet ad improbos. ſecundum ad probos. ibi. Proborum autem. & ī fine ibi. De amicitia. epilogat faciens ad ſequētia tranſitum. Et in his finit liber nonus.



Sed ire cōtra fortaſſe decet ad eos qui ī calamitatibꝰ ſūt īuocatū & ꝓmpte. Nā amici ē benefacere. Et maxīe īdigētibꝰ & nō reqrētibus. Ambobꝰ. n. id honeſtiꝰ & iocūdius. In ꝓſperitatibꝰ aūt coopari ꝓmpte. Nam ī his opus ē amicis. Ad beneficia uero cōſequēda tarde cū honeſtū nō ſit ꝓperare cā ſue utilitatis & cauēdū ſit: ne ī ꝓperādo moleſtꝰ eē ꝑgat qđ nō unq̄ accidit. Preſentia igitur amicorum in cunctis uidetur optanda.

N ergo ut amatoribꝰ aſpectꝰ ip̄e dulciſſimꝰ ē & magis expetūt hūc ſenſū q̄ alios. Vtpote amore ī hoc potiſſimū exiſtente & genito ſic & amicis maxīe expetēdū ē ſil' uiuere. Nā & amicitia ſocietas eſt. Et ut ad ſe ip̄m habet. Sic etiā ad amicum circa ip̄m uero ſenſus ē expetēdū & circa amicū igit'. Opatio aūt fit ī illis īſimul uiuēdo. Itaq; merito illud affectāt. Et ꝙ tādē ē ſingul' eē uel cuius gr̄a uiuere expetūt in eo cū amicis uolūt morā trahere. Itaq; alij cōputāt. alij colludūt. alij ſil' exercent'. alij ſil' uenant' ul' ſil' philoſophant'. Singuli ī his quotidiano uſu uerſati qđ maxime utiq; amāt ī uita. Viuere. n. uolētes cū amicis illa faciūt & cōmutāt ī qbꝰ putāt ſil' uiuendū.

Eſt igit' amicitia improborū flagitioſa. Cōicāt. n. praua īſtabiles exiſtentes & flagitioſi fiunt īuicē ſe aſſimilantes. Proborū aūt ꝓba ex quottidiano uſu ſuſcipiēs īcremētū. Videntur aūt meliores fieri agēdo & ſe mutuo corrigēdo. Recipiūt. n. mutuo illa ex qbus placere poſſint. unde a bonis bona. De amicitia igitur dicta hactenus ſufficiant. Nūc de uoluptate erit dicendum.



Incipit liber decimus.

Equit' fortaſſe nūc ut de uoluptate trāſigamus. Ea nāq; generi nr̄o familiariſſima eē. Quapropt' erudiūt pueros uoluptati & dolore inſtituētes. Videt' aūt ad mores uirtutū maximum eē ut gaudeat quis quibus gaudere oportet & oderit que odiſſe oportet. tēdūt enī hec per totā uitā inclinationē habētia. & poteſtatē ad uirtutē ac beate uiuendū. nā uoluptaria quidē eligunt doloroſa quidem effugiunt. Talia uero nequaq̄ pretermittenda uidentur.

Preſertim cum in ipſis magna ſit ambiguitas. Nā alij ſummū bonū dicūt eſſe uoluptatem. Alij cōtra nimiū prauum. Illi fortaſſe credentes reuera ſic eſſe. Hi uero putantes utiliꝰ ad uitam oſtendere uoluptatē eſſe prauum licet nō ſit. Inclinari enim pleroſq; ad illā inſeruireq; uoluptatibus. Quamobrem oportere ī contrarium ducere. Nam ſic ad medium utiq; deueniri. Sed uidēdū ē ne id bene dicat'. Nā q de affectibus & actibus habentur ſermones minorē habēt fidē q̄ opa. Qn̄ igit' diſcordant ab his q̄ ſunt ſm ſenſum ſpreti: atq; reiecti etiam uerū inſup interimūt. Qui enī uoluptatē uituperat: ſi qn̄ illius appetēs dep̄hendat' ad illā inclinari uidet'. q. talē exiſtētē omnē. Nam diffinire non eſt multorū. Vident' ergo ſermones qui ueri ſunt nō ſolū ad ſciendum utiliſſimi: ſed & ad uiuēdū. Conſentanei enī operibus fidem habent. Quapropter prouocāt intelligentes uiuere ſm ip̄os. Sed ſatis de his. Nūc ea que dicunt' de uoluptate referamus.

Vdoxus igit' uoluptatē ſūmū bonū eē cēſebat ꝓpterea ꝙ cūcta rōnabilia & irrōnabilia illā appetere cernebat. In cunctis uero eē id qđ expetit' ꝓbū ac maxīe optimū. Cūcta uero ī idē ferri oībꝰ optimū eē ſignificare ſingula. n. qđ ſibi bonū ſit repire queadmodū eſcam. Quod autē oībus bonū ſit: & quod oīa appetunt id eſſe ſummū bonum. Fidem ha

Incipit liber decimus.

Eqt' fortaſſe nunc ut. Poſtea q̄ ī ſupioribus libris determinatū ē. de uirtute tam morali q̄ ītellectiua. de cōtinētia quoq; & de amicitia q̄ cū uirtute affinitatē hr̄e dicunt'. ī hoc libro decimo intēdit determinare de felicitate q̄ omniū p̄dictorū finis dr̄. & habet h̄ liber tres tractatus. in primo determinat de uoluptate q̄ a qbuſdā ponit' felicitas atq; uirtutis finis. Capitulū primū ē ꝓhemiū ī quo oſtendit in ciuili ſcīa cōſiderādū eſſe de uoluptate. & facit duo. prīo intētū p̄mittit: dicēs de uoluptate hic eſſe trāſigēdū. Cōſiderādū ē ꝙ de uoluptate aliter libro ſeptimo alit' hic determinat'. nā ibi ꝓut eſt obiectum & materia cōtinentie. hic uero ꝓut eſt proprietas inherens felicitati: de q̄ hic p̄cipue intēdit. Et ex hoc ſequit' alia differentia. cum enim obiectū cōtinentie ſit uoluptas ſenſibilis: ea uero uoluptas que eſt felicitatis proprietas ſit non ſenſibilis: ſed intelligibilis: ideſt ꝙ ibi de uoluptate ſenſibili. hic uero magis de intelligibili conſiderandum uidetur. nō igitur ſuperflue hic de uoluptate conſideratur. ſecūdo ibi. Ea nāq;. proſequitur oſtendens trifariam id quod propoſuit. ſecunda ratio ponitur ibi. Videt' aūt. tertia ibi. Preſertim cum. & ſumitur hec tertia ratio ex diuerſitate opinionū. & circa hoc facit duo. primo recitat diuerſas opiniones. ſecundo ibi. Sed uidendum. reprobat ultimam illarū opinionū. tertio ibi. Vident' ergo. concludit ex his ſermonū ueritatem ꝓdeſſe non modo ad ſcientiā: uerum ad uitam. ultimo ibi. Sed ſatis. epilogando cōcludit de his ſatis eē dictū. nūc uero referenda ſunt que alii de uoluptate ſenſerunt.

Vdoxus igit'. Poſtq̄ oſtēſū ē determinādū eē de uoluptate. h̄ ꝓſeqt' & primo opiniones aliorū. ſecundo determinat

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ueritatē ī caplo q̄rto.ibi. Quid āt.circa primā ptē ē aduertēdū ꝙ circa uoluptatē due fuerūt opiniōes pene extreme.pria fuerat eudoxi:ſuorūq; fautorū q dixerūt uoluptatē eē bonū atq; optimū.Secūda opinio fuerat platonis & eorū q eū ſecuti ſunt:q uoluptatē negabāt eē bonū. has itaq; duas opiniones pħs ħ ꝓſeqꝫ.primā ī caplo prio.ſecūdā ptim ī caplo prio & ptim ī ſecūdo.primū caplm duas hēt ptes.ī pria ꝓſeqꝫ opinionē eudoxi.ī ſecūda ibi.Hac igiꝫ rōne.oñdit queadmodū plato obuiaret rōnibus eudoxi.circa primā ptē duo facit.primo ponit opinionē eudoxi.ſecūdo ibi.ꝓpterea. pōit q̄ttuor rōnes qbus eudoxus ſuā fulciebat opinionē.ſcḋa ibi. Nec minus. tertia ibi.Maxīe uero. q̄rto ibi. Additāq;.prima rō ſumiꝫ ex pte uoluptatis. & circa eā duo facit prio pōit rōnē.ſecūdo ibi. Fidē habueꝫ.oñdit cām cur eudoxio credebaꝫ. ſecūda uero rō ſumiꝫ ex cōtrario uoluptatis.ſ. ex dolore.Circa q̄rtā rōnē duo facit. prio ponit rōnē.ſecūdo ibi. Videꝫ itaq;. tāgit defectū illius rōnis. Hac ergo rōne.hec ē ſecūda ps iſtius capli.ubi oñdit queadmodum plato obuiaret rōnibus eudoxi. Et ē aduertēdum ꝙ pħs cū ponit platonis obuiationes ſil' eas iterimit. ut p hoc oſtēdat opinionē eudoxi etiā ſi non ſit oīno uera: nec tñ a platone rōnabiliꝫ eē īpunatā. at p hoc ī p̄ſenti ē lr̄a obſcura. cū ſit difficile uidere ubi recitet obuiationē. & eā excludat. Diuidiꝫ autē hec ps ī tres ptes.in pria oſtēdit queadmodū plato obuiaret rōni q̄rte & etiā tertie.ut aliqbus placet.circa qḋ duo facit.primo recitat huiuſmodi obuiationē. ſecūdo ibi.Manifeſtū. remouet eā.Qui aūt. ħ ſecūdo recitat ſil' & remouet obuiationē platōis ad primā rōnē eudoxi.interimebat itaq; plato illā rōnē eudoxi bonū eē qḋ oīa appetūt. qḋ hic ariſtoteles īprobat. Et nota illḋ Fortaſſe etiam &c̄. ubi apparet prauos uoluptatem ſm ꝙ huiuſmodi appetere nō p prauitatem ſed p naturā q̄ nō praua: ſed bona dr̄. id.n.qḋ ē cūctis cōe uidetur naturale atq; ad ſpēm ptinere. Nō uideꝫ quoq;. hic tertio recitat obuiationē platonis cōtra ſecūdā rōnem eudoxi. dicet itaq; plato nō ſeq ſi dolor malū ē: uoluptatē eē bonū.hoc pħs re

buere ei⁹ ſermones ꝓpꝫ morū ꝓbitatē magis q̄ ꝓpꝫ ſeipos egregie.n.modeſt⁹ eſſe uidebaꝫ.q̄re nō ut amic⁹ uoluptatis hec dicere credit⁹ ē. Sed ꝙ reuera ſic eēt:nec min⁹ putabat.id ex cōtrario petere.dolorē.n.ꝑſeipm eſſe fugiendū. Siſr igiꝫ & cōtrariū expetendū. Maxie uero expetēdū eē qḋ nulli⁹ gr̄a expetim⁹. Tale āt ſine cōtrouerſia eē uoluptatē. Neminē.n. ultra ꝑquirere cuius gr̄a uoluptatē capiat.utpote p ſeipm uoluptate expetēda. Additāq; cuicūq; ex his q̄ bona ſunt expetibili⁹ illud facere uel uti iuſtis & tpatis actiōibus.Et augeri ꝑfecto bonū ſeipo. Videꝫ itaq; hec rō bonorū illā oſtēdere:& nihil magis q̄ aliud. Oē.n.bonum cū alio bono expetibili⁹ ē q̄ ſolū. Hac ergo rōne.& plato improbat uoluptatē.q. nō ſit ſūmū bonū. Vt nullo.n.ſibi addito ſūmū bonū expetibili⁹ fieri. Manifeſtū ē āt ꝙ nec aliud qcq̄ ſūmū bonū eēt qḋ cū alio eorū q̄ p ſe ſunt bona expetibili⁹ fiat. Quid igiꝫ ē tale cuius & nos pticipes ſum⁹ Nā tale aliqd q̄rim⁹. Qui āt inſtāt non eē id ſūmū bonū qḋ oīa appetūt nihil dicūt.Nā ꝙ oib⁹ uideꝫ id eē dicimus.Et q hāc opinionē tollit: nō multo ꝓbabiliora dicit. Si.n.q abſq; itellectu ſūt illā affectāt eſſet aliqd qḋ dr̄. Si uero q̄ ſapiūt qūo diſcernēt aliqd fortaſſe etiā ī prauis ē aliqd naturale bonū ualēti⁹ q̄ ſm ſeipa qḋ appetit appropriatū ſibi bonū. Non uideꝫ quoq;:nec de cōtrario recte dictū.Nō.n.aiūt ſi dolor ē malū:uoluptas eſt bonū opponi:& malū malo:& ambob⁹ neutra hec dicūt nō male: nō tñ uere in his q̄ dicebanꝫ.Si.n.ambo ſunt mala & fugiēda oportere eē ambo.neutrorū uero ut alterū aut ſimiliter.Nunc aūt cōſtat hāc eos fugere ut malum illā expetere ut bonū.Sic ergo & opponunꝫ.



mouet dicens ꝙ etiā ſi illa cōſequētia abſolute nō teneat.ualet tñ ī his. qa cum ambo nō ſint bona.ut plato fateꝫ:erūt ambo mala:& ſic ambo fugiēda.qḋ nō eſt uerū.uel ſi unū.ſ.uoluptas ſit neutrū:aliud quoq; erit neutrū.uel ambo erūt neutra.uidemus autem contrarium.opponūtur ergo ſic.ut dicebat eudoxus.& hic eſt finis capituli.

